

366
C
41









G. Outhuys, V. D. M. in pago Minnertsga.

In Bibliotheca Meermanniana p. I, p. 28, No. 50, quarto, valuit f3-:-

Abrahami Patriarchae Liber Jezirah sive Formationis Mundi. Vertebat ex Hebraeis et Commentariis illustrabat anno 1551 G. Postellus. Duodecimo. Bibliotheca Meermanniana T. d. p 99, No. 53.



ספר יצירה

IDEST

LIBER IEZIRAH

Qui

ABRAHAMO PATRIARCHÆ

adſcribitur, unà cum Commentario Rabi ABRAHAM

F. D. ſuper 32 Semitis Sapientiæ, à quibus liber

IEZIRAH incipit.

Tranſlatus & Notis illuſtratus à

JOANNE STEPHANO RITTANGELIO

Ling. Orient. in Elect. Acad. Regiomontana

Prof. Extraord.



AMSTELODAMI,

Apud IOANNEM & IODOCVM IANSSONIOS,

M DC XLII.

Ad Doctißimum Præstantißimumque Virum,

GEREBRANDVM ANSLO.

LIbrum hunc, quem primus de Hebræo in latinum versum notis meis illustravi, nomini tuo, Vir Doctissime, inscribere visum fuit: Quod ut facere vellem, impulit me eruditio & virtus tua; Illa, cum aliarum præstantium rerum, tum maximè rarâ Orientalium literarum cognitione, memorabilis; Hæc, egregiâ liberalitate & munificentiâ, testata in eorum peritos aut amantes: In quorum numero cum etiam me esse accepisses, vix visum, certè vix notum tibi, eâ statim benevolentiâ complexus es, quâ prosequi omnes eos soles, quorum ope atque industriâ literas eas credis posse promoveri. Cum enim ex Academia nostra, longâ & difficili navigatione huc properarem, quo hunc aliosque, quos editioni paraveram, libros excudendos hîc curarem; Ecce, medio itinere, de improviso advolat prædonum manus, invadit, capit, cædit, diripit, effractis争 ferociter scriniis libros & labores meos lacerat atq; dissipat; ego ex tanta rerũ ruina incolumis vix evado; Hîc tu me, cum primum advenisse intellexisti, ex tam acerba calamitate, animi mœstum, consilii inopem, rei egenum, alloquio tuo sustentâsti, consilio juvisti, liberalitate fovisti, &, quod unum immortalis beneficii instar est, preciosissimum pulcherrimæ bibliothecæ tuæ Thesaurum mihi aperuisti, & ex animi mei sententiâ utendum atque fruenultro etiam obtulisti, non famæ aut gloriæ, ut alii solent, sed soli beneficæ naturæ tuæ, obsecutus: Quam effusissimam humanitatem tuam, & tot tamque opportunè in me collata beneficia recordari non possum, quin simul meminisse cogar felicitatis meæ, quâ, tuâ unius liberalitate, ex instructissimæ bibliothecæ tuæ copia, damnum mihi hoc magnâ ex parte sarcire contigit, quod ereptis direptisque omnibus libris & lucubrationibus meis, jam ante mihi dederat inauspicatum hoc iter: ut, si quem fructum res literaria ex hoc qualicunque labore meo sperare possit, eum omnem tuæ solius liberalitati

ralitati acceptum ferre debeat: Qui quidem nulli operæ, nullis opibus parcis, modo publicum rei literariæ bonum possis promovere. Bibliothecam locupletissimam immensis sumptibus, eruditorum magis, quam suis, usibus, instruere; præclara ingenia, publico bono nata, liberaliter fovere, Principum olim laus erat; ea nunc privata tua est. Sine quæso, optime Mecœnas, dum virtutes tuas miror amoque, me earum laudes, quas modestia tua, non, nisi invita, solet admittere, saltem leviter & velut in transitu hîc libare, alibi pleno ore dicendas. Macte benefico isthoc animo, Vir magne, quò non modo nos, sed omnem posteritatem, Divinis istis beneficiis æternùm demerearis. Cognoscet certè sera posteritas vixisse aliquando in Batavis Virum, quem, qui norunt, non potuerunt satis æstimare, qui non æstimârunt, nunquam satis cognoverunt. Sed revoco me & desino, unum hoc, quod toto animo optamus omnes, seriò apprecatus, ut animum istum, publico bono promovendo natum, conservet tibi augeatque Idem ille, qui dedit. Vale, præsidium & dulce decus meum, & hoc literarium munus, tuis virtutibus meritò debitum, tam benigno vultu suscipe, quam grato tibi animo illud offert

Dabam Amstelodami,
Postridie Nonas Quintiles
cIↃ IↃ C XLII.

Magnus virtutum tuarum
æstimator

JOANNES STEPHANUS RITTANGELIUS Ling. Orient. in Electorali Acad. Regiomontana Prof. E.

BENE-

BENEVOLO LECTORI.

Et quis est RITTANGELIUS *ut loquatur coram magnificis seculi sui, & proceribus coetus populi sui? Verum enim verò quod jam limites penetralium imaginis meæ egressus sum, faciemque meam ut silicem posui, & caput meum inter capita montium sublimium collocavi, atque ad locũ, quo tenuis scientiæ meæ Vires non pertingunt, accessi; Testis meus fidelis est in coelis excelsis, quod non ideo feci, ut ostenderem magnificentiam & ingenii acumen; sed ut invenirem gratiam in conspectu Dei & hominum. Minimus enim omnium sum ego inter fundentes aquas, non dicam supra manus, sed potiùs supra pedes scientium scientiam sanctorum, & ab infantia conatus sum totis viribus meis* [a] *pulverisare me in pulvere pedum Sapientum, qui à seculo fuerunt Viri nominis. Et nunc quis eriget* Rittangelium, *cum minimus sit in millibus Sapientum? nisi viri pacis meæ, qui assiduis precibus suis (ad quas accessit quoque jussum & imperium virorum honoratorum & Procerum terræ nostræ, quibus parere semper pulchrum æquissimumque esse judico) institerunt, ut firmissima quædam fidei nostræ fundamenta, tanquam structa propugnacula adversus omnis generis oppugnationes veram nostram religionem impugnantes, in lucem publicam producerem. Cum vero in hoc meo itinere, quicquid in hanc rem utile conscriptum erat, perierit; ne reversus, vacuus omnino coram illis comparerem, textui*

libri

וריטאנגל מה הוא שידבר נגד
גאוני עולמו ואצילי עדת עמו
אומנם שעתה מגדרי גני משכיותי
יצאתי ופני כחלמיש שמתי
וראשי בין ראשי הרים הגבוהים
הכנסתי ואל מקום שיד ידיעתי
הקצרה איננה מגעת שמה עליתי
עדי הנאמן בשמים המרומים שלא
עשיתי כדי להראות גדולת
וחריפות פלפולי כי אם למצוא
חן בעיני אלהים ואדם כי הקטון
אנכי שבקטנים יוצקי מים לא
אומר על ידי אלא אומר על רגלי
יודעי דעת קדושים ומנעורי
הייתי מתאבק בעפר רגלי
החכמים אשר מעולם אנשי השם:
ועתה מי יקים ריטאנגל כי קטון
הוא באלפי חכמים הלא אנשי
שלומי אשר בדרישתם התמידית
הפצירו בי (לאשר גם יצאה גזירה
וצווי מאנשים הנכבדים אצילי
ארצינו ולהכניע רצוני תחת
רצונם מה טוב ומה נעים) כדי
להוציא לאור השמש תעלומות
ויסודות דתינו חוקות הבנויות
לתלפיות כנגד כל מיני התנגדות

הותרת

[a] Aspergere me pulvere.

libri Jezirah (*qui* Abrahamo *Patriarchæ adſcribitur*) *manum admovi: Addidi quoque* Rabi Abrahami F. D. *Commentarium in triginta & duas Semitas, mirabiles & abſconditas Sapientiæ, quarum in initio libri* Jezirah *mentio ſit: Et ad majorem horum myſteriorum elucidationem loca quædam ad hoc inſtitutum noſtrum facientia, tam ex lege divinâ* (*Moſi Viro Dei Principi Prophetarum in monte Sinai traditâ*) *aliorumque Prophetarum libris; quam ex antiquiorum* (*qui vera ſcientia imbuti & celebres fuêre*) *ſcriptis & fragmentis, in theſauris librorum meorum repoſitis & obſignatis, adjeci; hoc ipſum jam tanquam clavem & prodromum in univerſam Hebræorum Theologiam præmittens, ut ſecuturis difficilioribus via ſterneretur. Propoſitum ſiquidem mihi eſt, ſi manus Domini in bono ſuper me fuerit cœptiſque meis adſpiraverit, non tantum integrum libram* Jezirah *cum omnibus Commentariis ſuis, ſed plures ad hoc negotium utiles tractatus latinitate donatos in Publicam lucem edere; maximè ubi minutulos hoſce meos labores, bonis probari intellexero. Authores ordine collocavi & citavi, &* [b] *unumquemque vexillo & caſtro ſuo præpoſui, portentis & ſignis; ut ſi cui ad manus ſunt libri, illos conſulere, & hæc non ex corde meo prodiiſſe,* ipſe

[b] Id eſt, Authorem & paginam libri citavi.

הסותרת אמתת אמונתינו : ואחרי
שכל הכתבים אשר כבר חברתי
לענין הנ"ל הראוס הראשון
בדרך ושלא אתראה פנים ריקם
בשובי אל ביתי שלחתי את ידי
להעתיק פנים של ספר יצירה
המיוחס לאברהם אבינו עם
פירוש הראב"ד על שלשה ושתים
נתיבות פליאות חכמה אשר
הוזכרו בראש ספר יצירה ושתבין
באר היטב כל הענינים
בסודותם הבאתי גם קצת
מקומות המועילים לכונתינו
מתורת ה' הנתנה למשה איש
האלהים ואדון כל הנביאים
בהר סיני ומספרי שאר הנביאים
וכתבי החכמים אשר בחכמה
האמתית היו ממולאים ומעולים
והם התומים והתומים באוצרות
ספרי : וזאת ההקדמה הקדמתי
כדי שתהיה לך למפתח בקבלה
האלהית וכדי לפנות הדרך
לפניך שיקל לך באם יבאו
אחריהם דברים קשים. כי עלה
ברעתי כיד ה' הטובה עלי,
והצליח כונתי לא לבד להעתיק
לך את ספר יצירה עם כל פרושיו אלא שאר חבורים המועילים
לענין הנ"ל כדי שיבאו לאור השמש בלשון לאטין בפרט
כשאראה

ipse perspicere possit. Cæterum quod ad Versionem meam attinet magis operam dedi ut Hebraismum exprimerem, quam latini sermonis nitorem & elegantiam servarem; aliquoties enim in scriptis horum sapientum voces peregrinas & exoticas inveni, & similitudines arduorum & dignissimorum mysteriorum quibus excellentiores vix inveniuntur in [c] *dulcedine linguæ hebrææ & chaldaicæ fundatas; uno & eodemque vocabulo sub diversâ significatione accepto; Quædam vero linguâ difficiliori, succinctè & textorum more complicata. Ne igitur* [d] *pinguedines earum videantur macidæ, & desiderabilia eorum contempta, & ut nulla ad te accedat fraus mea, ad verbum omnia transtuli, secutus sum hebræi sermonis elegantiam, observatâ singulorum verborum & literarum serie, ne mutaretur intentio Authorum. Et in quibusdam locis ubi lingua latina non obtulit se sicuti volui & sicuti dictum fuit in linguâ hebræa, aliquoties* [e] *peregrinas voces fingere oportuit: Gravissimi enim laboris est, sicuti notum est omni sapienti corde, omnes & singulas res ex una in aliam transferre linguam; difficiles quoque sunt intellectu propter translationis difficultatem: Eam ob causam; quia interpres exprimit verba libri, sicuti videbatur ipsi. Volui etiam servare voces & ordinem Authorum ut studiosis hebrææ linguæ consulerem. In quibusdam vero*

foliis

c Id est, linguæ elegantia. d Elegantiæ eorum videantur inelegantes. e Barbaras.

כשאראה שיהיו לרצון אמרי פי:
וסדרתי דברי המחברים בשמם
איש על דגלו לצבאותו באותות
ומופתים ואל מקום אחד הבאתים
כדי שיתראו פנים אצל מי שנמצאו
הספרים הנ"ל ויראה שלא מלבי
יצאו על אודות ההעתקה תדע
שטרחתי בכל כחי להראות לך
סגולת ועצמות של לשון הקדש
ולא להעמיק ברוחב ההלצה להראות
צחות של לשון לאטין לפעמים
בספרי החכמים האלה מצאתי לשונות
נכריות וזרות המשלים סודות
הצחות והיקרות לא ראיתי כהנה
יפיפיות על מתק לשון עברי
ובספרי בנויות ומיוסדות שפה
אחת ודברים אחדים במליצות
שונות וגם בלשונות קשים ועזים
אדונים כחדווים בכן שלא נראו
משמניהם רזים וחמודיהם נבזים
ושלא יאונה כל עון העתקתים מלה
במלה והלכתי על אשר הוליכני
צחות הלשונות הנ"ל שמרתי גם
המלות והאותיות במקומותיהם
כדי שלא ישונה המכוון ובמקום
שלא עלה הלשון כאשר חפצתי
וידובר בהם לפעמים מלות זרות
מלבי עשיתי כדי שלא נחת מכוונת המחבר כי העמל קשה
מאד:

foliis meæ translationis accidit, ut multas res, summa difficultate, explicare vix potuerim juxta modum & proprietatem latinæ linguæ. Et hoc propterea quod ego interpres [f] *ductus sum post linguas præmemoratas. Verba quæ occurrunt in hoc libro, quæ non habent propriam significationē sed singulare aliquod mysterium significant, majusculis reddidi; Verba antiquiorum Authorum, quæ à recentioribus citantur & explicantur, minusculis; uti & loca Scripturæ cum meis animadversionibus; cætera charactere usitato. Et nunc* candide Lector, *accipe quæso hoc munus meum, quod tibi offertur bono corde & propenso animo; quamvis parvum quantitate, magnum tamen qualitate. Et quoniam nulla est perfectio nisi illa* VERA *&* SVMMA PERFECTIO; *tegas, quæso, defectum meum pallio voluntatis meæ & habebis voluntatem tuam.* Vale.

מאד כאשר ידוע אצל כל חכם
לב שכל הדברים אשר הועתקו
מלשון אל לשון הם קשים הרבה
לדוחק ההעתקה כנראה בספר
זה או זה מפני כן גם אני
המעתיק נמשכתי אחרי הלשונות
הנ״ל: המילות שאינן פשוטות אלא
מורות על סתרי סודות נפלאות
הודפסו באותיות גדולות ומלות
הקדמונים אשר יפורשו מהראשונים
באותיות קטנות כמו כן קצת מקומות
מן הכתוב ושאר כל הענינים כסדרן
ועתה קורא משכיל שא נא
מנחתי אשר הובאת לך בלב
טוב ונפש חפצה אף על פי
שמיעוט הכמות רב הוא האיכות ויען
כי אין שלם בלתי השלם
האמתי והעליון תכסה נא חסרוני
במעיל רצוני להפיק רצונך:

f Coactus sum vestigia premere.

Semita Prima.

הנתיב הא'



Ocatur Intelligentia admirabilis vel abſcondita, (Corona Summa). Eſt enim lumen dans intelligere primordialitatem ſine principio, & eſt gloria prima : nulla enim creaturarum valet aſſequi eſſentiam ejus.

נקרא שכל מופלא (כ"ע) והוא אור מושכל קדמון והוא כבו' ראשון אשר אין כל בריה (יבולה) לעמוד על מציאותו:

Rabi Abraham F. D. dicit :

Semita prima vocatur Intelligentia admirabilis vel abſcondita, hoc eſt, à voce כי יפלא ממך דבר *Si reconditum fuerit à te verbum*, Deut. c.17.v.5. quod Chaldæus per ארי יתכסי reddidit (*quod idem ſonat nempe ſi reconditum fuerit:*) ac ſi diceret, Intelligentia abſcondita, recondita, occulta eſt omnibus quæ extra eam ſunt. Sicuti enim Causa Causarum non apprehenditur ab ullo extra ſe; ſic etiam Intelligentia admirabilis vel abſcondita occulta eſt omnibus quæ extra eam ſunt. Et in hoc eſt myſterium : quia notum eſt quod forma א"לף eſt forma omnium literarum, & omnes ſemitæ in eo ſunt, ſed per modum univerſalē. Propterea etiam literæ dictionis פ"לא ſunt eædem quoq; literæ dictionis א"לף, inverſo ſcilicet ordine. Atq; ideo dicitur ſemita prima פ"לא (*admirabilis vel abſcondita*) ſecundum id quod ſcriptura dicit, Eſa.c.9.6. Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Cōſiliarius, Deus for-

אמר הראבד':

הנתיב הראשון נקרא שכל מופלא פי' מלשון כי יפלא ממך דבר שתרגו' ארי יתכסי כאלו אמר שכל נעלם מכוסה ונסתר מכל מה שזולתו וכשם שע' חע' אינו מושג לכל מה שזולתו כן השכל המופלא נעלם מהשיגו זולתו והסוד בזה כי ידוע הוא שצורת א"לף היא צורת כל האותיות וכל הנתיבות הם בו אמנם בדרך כלל ולכן פלא אותיות אלף ולכן נקרא הנתיב הראשון פלא שנ' ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור והנתיב הזה נקרא מושכל בע' הע' כי אינו יוצא ממעלתו ומחיובו והוא נקרא קדמון כי הוא קדום בכל המעלות

לכל הנמצאות ואין כל בריה
יכולה לעמוד על מציאותו כמו
שאינן יכולין לעמוד על עיקר מ
מציאו׳ על׳ העל׳ ר״ל מהותו׃

tis &c. Et hæc ſemita vocatur etiam מושכל, (*intellectum, hoc eſt, id quod intelligitur*) de CAUSA CAUSARUM, quia non egreditur de gradu dignitatis ſuæ, & de affirmatione ſua. Vocatur quoque primordialis: quia ipſa eſt prior ſecundum omnes gradus omnibus exiſtentibus, ita ut nulla creaturarum valeat aſſequi exiſtentiam ejus: ſicuti etiam non poſſunt aſſequi fundamentum vel baſim ſubſtantiæ CAUSÆ CAUSARUM, vult dicere, quidditatem ejus.

RITTANGELIUS.

Quoniam hoc in libro, NUMERATIONUM *aſſiduæ ſit mentio, ne forte alicubi offendas, ſequentia hæc præfari neceſſe fuit. Non eſt quod exiſtimes Deum creatorem & univerſi conditorem alicujus numerationis aut menſuræ limites, creaturarumque inſtar quantitatem ſubire. Nulla enim mens luminis ſui acumine Deum comprehendere valet, nec Angelorum quiſquam locum ejus, multò minus quidditatem eſſentiæ ejus aſſequitur. Quod verò Hebræorum Theologi* NUMERATIONES *omnium* ALTISSIMO *adſcribunt, idem de* NUMERATIONIBUS *ſentiendum eſt, quod de pedibus, corde, anima, oculis, ore, dextra, facie cæteriſq;* DEI *membris ſacra ſcriptura nos docet. Nullam enim habitudinem aut comparationem inter nos &* ALTISSIMUM *eſſe ſemper crediderunt & ſtatuerunt Hebræi, ſicuti nec membrorum, ita nec* NUMERATIONUM *aut menſurarum ratione. Quanquam enim ad imaginem* DEI *creati ſumus, non tamen tibi perſuadeas, oculum illum ad oculi noſtri creati, aut quodvis aliorum membrorum, quæ S. ſcriptura Deo tribuit, noſtrorum membrorum habere habitudinem aut proportionem aliquam; ſed in ipſo altiſſimo & incomprehenſibili* ENTE *eſſe aliquid intrinſecum, ineffabile & inexplicabile, unde defluunt univerſa, denotans aliquid, quod à figura membrorum caduci noſtri corporis procul abeſt: ſicuti Scriptura dicit, Eſa. c. 40. v. 5.* Cui me aſſimilabitis *&c. Nulla enim prorſus inter nos &* IPSUM *figuræ aut ſubſtantiæ extat ſimilitudo; ſed membrorum ſolummodo quædam veluti intentio. Siquidem noſtra membra,* DEO *impropriè tributa, non niſi altiſſimarum, latentium & maximè abſconditarum rerum, mentique humanæ incomprehenſibilium ſigna ſunt. Igitur cave exiſtimes,* NUMERATIONES, *vel exiſtentiæ modos ullam humanarum menſurarum niſi nominis tantummodo, habitudinem ſubire. Quemadmodum enim manus, pedes, oculi, aures, facies, cor, os, anima; ſic etiam* NUMERATIONUM, *ut ſupra diximus, intentio, nec terminum, nec molem, nec quantitatem continuam vel diſcretam, aut qualitatem; ſed exemplum tenuemvè ſimilitudinem repræſentant. Cæterum quamvis*

vis S. Scripturæ per os, cor, animam, manus, pedes, dextram &c. veritatem ALTISSIMI *nobis ob oculos ponat; quid tamen res illæ, quæ de* DEO *dicuntur, in* DEO *sint & significent, nulla creaturarum satis definire potest. Decem igitur statuerunt in* DEO *esse* NUMERATIONES, *quarum septem inferiores vocantur* מדות (proprietates *sive attributa;) quæ sunt* MAGNIFICENTIA *seu* MISERICORDIA, FORTITUDO *seu* SEVERITAS, PULCHRITUDO *seu* ORNATUS, VICTORIA *seu* ÆTERNITAS, DECUS, FUNDAMENTUM *&* REGNUM. *Reliquas vero tres superiores* NUMERATIONES *vocarunt spirituales seu intellectuales, & statuerunt illas esse quasi* SPIRITUM, SPIRACULUM *&* ANIMAM *istis supradictis inferioribus septem* NUMERATIONIBUS: *per quas illæ tres superiores, spirituales vel intellectuales operantur, sicuti anima per corporis sui membra. Hinc primò manifestum est, tam antiquiores quam recentiores Hebræorum Theologos unanimi consensu sui cœtus, non tantum à maximæ necessitate, verum etiam ab insigni utilitate, hanc sibi licentiam sumpsisse, rem in sacris literis contentam certis implicandi elogiis & terminis, atque iis in mysteriis explicandis utendi, ut rem per terminos notatam significanter exprimerent, hæreticorumque æquivocationes & fraudes, quibus Sacræ Scripturæ sensum & phrases æmulari solent, patefacerent. Patere hinc quoque universis & singulis sacræ paginæ addictis absque dubio censeo, antiquissimos & doctissimos Hebræorum Theologos ab Abrahami tempore, ut recentiorum Hebræorum libri testantur, tres primordiales existendi modos vel potius juxta meliorem significantiam Hebrææ vocis* NUMERATIONES, EMANATIONES *vel* PROCESSIONES *(quarum primam,* CORONAM SUMMAM, *secundam,* SAPIENTIAM PRIMORDIALEM, CORONÆ SUMMÆ *per omnia æqualem & coæternam, tertiam,* INTELLIGENTIAM *vocarunt) statuisse, coluisse & adorasse: Earumque coæternum, splendidissimorumq; omnium splendidissimum splendorem ex ipsissima Deitatis ipseitate, & è fontani luminis infinitatis inaccessibili abysso egredi, ita tamen ut nihil intelligatur de ea emanare vel procedere quò splendidissimus hic Deitatis splendor dilatetur & perfundatur, aut inapprehensibilis ejus infinitas diminuatur. Et illas tres* NUMERATIONES, *Emanationes vel Existendi Modos, esse in Vnitate maximè una & perfectissima, nec ullam in se ipsis pati divisionem; quum tamen ratione processus alia ab altera, ordine suo tanquam inferior aut superior distinguatur, quamvis quælibet harum in seipsa mensurari aut circumscribi minimè possit. Prima igitur harum de qua in hac Semita agitur, Vocatur* CORONA SUMMA. *Et propterea etiam ejus delubrum vocatur admirabile vel absconditum, quia in hujus contemplatione omnium mentis oculi caligant, linguæ obmutescunt, vox omnis silet, animus deficit, ob inperscrutabilem ejus altitudinem: hoc enim peculiare & proprium habet, quod omnes* NUMERATIONES *ab ipsa, illa vero à nulla procedat: Et comprehenditur tribus Numerationibus superioribus, quas nostri Theologi Personas vocarunt, quarum quæq;, ut diximus, incomprehensibilis est, secundum quidditatem, non verò emanationem.*

 SEMI-

SEMITA SECVNDA.

Est Intelligentia illuminans, & illa est corona creationis & splendor unitatis maximè æqualis: quæ super omne caput est exaltata, & vocatur secundum cabalistas gloria secunda.

Rabi Abraham F. D. dicit:

Semita secunda vocatur Intelligentia illuminans, & ipsa est Corona creationis & splendor unitatis maximè æqualis, &c. Scito quod (a) NON-ENTI (CORONÆ SUMMÆ) non convenit ut prædicetur de eo Numerus neque unitatis neque pluralitatis. Et quomodo prædicetur numerus unitatis de aliqua re, cujus essentia non comprehenditur? multò minus dicatur unitas & pluralitas de CAUSA CAUSARUM: quia unitas est numerus, non verò substantia numerati: sed est accidens de accidentibus, & cadit sub genus prædicamenti quantitatis discretæ & quantitatis continuę; & appropriatur lineæ & superficiei, & corpori & loco & tempori. At non est semita hæc quæ vocatur admirabilis vel abscondita, (vult significare NON-ENS) res quantitativa, donec illi aliquo modo per proportionem aliquam applicetur: quoniam NON-ENS non recipit quantitatem; multo minus CAUSA CAUSARUM. Hoc ipso etiam modo se habet Intelligentia illuminans: hoc est, quoniam oculi omnium

הנתיב הב׳:

הוא שכל מזהיר והוא כתר הבריאה וזוהר האחדות השוה המתנש׳ לכל לראש והוא נקרא כפי בעלי הקבלה כבוד שני:

אמר הראבד״:

הנתיב הב׳ נקרא שכל מזהיר והוא כתר הבריאה וזוהר ה האחדות השוה וגו׳ דע כי האין (כע״) לא יתכן עליו מניין לא מניין אחדות ולא מניין ריבוי כי איך יאמר אחד על מה שאינו מושג מציאותו וכל שכן שלא יאמר אחדות וריבוי בע׳ הע׳ כי ה האחדות הוא מניין איננו עצם המנויין אך הוא מקרה מן המקרים והוא בכלל הכמות הנפרד והכמות הנדבק אשר יוחס לקו ולשטח ולגוף ולמקום ולזמן ואין הנתיב הנקרא פלא ר״ל אי״ן בעל כמות עד שיוחס לו כמות כי אין האי״ן מקבל הכמות כש״ ע׳ הע׳ ואילו השכל המזהיר פי׳ כי עיני כל הנמצאים נחשכו מ מלהסתכל בשכל המופלא ואילו

nium

nium existentium obtenebrantur contemplando Intelligentiam admirabilem vel absconditam. At quatenus in Intelligentia secunda est aliquo modo apprehensionis terminus magis quam est in Intelligentia quæ vocatur admirabilis vel abscondita, propterea vocatur illuminans: & vocatur etiam Corona creationis; quia jam antea explicatum est, quod illa res quæ accidit non est facta ab illa re cui accidit: sicuti etiam non est facta quantitas à qualitate, & id genus alia; multò minus factum est accidens ab essentia; & minimè omniũ facta est Res de Non-re, vult dicere Non-ente, sicuti accepisti per traditionem. Et quoniam hæc semita est id ipsum à quo dependẽt creata, vocatur Corona creationis; & vocatur unitas summè perfecta; quia illa est quæ recipit unitatem in veritate. Et per eam adæquantur, (*æquali gratia fruũtur*) omnia existentia, sicuti scriptura dicit Exod. cap. 32. v. 19. *Et miserebor cujus miserebor* quamvis non sit dignus. Et vocatur quoq; gloria secunda, quia est post (*semitam quæ vocatur*) פלא (*admirabilis vel abscondita*) & Non-ens; & hæc semita vocatur etiam modus adæquationis.

בשכל השני יש שם קצת השג׳
יות׳ ממה שיש בשכל מופלא
ולכן נקרא שכל מזהיר ונקרא
עוד כתר הבריאה לפי שכבר נ
נתבאר שלא יתהוה איזה דבר
שיזדמן מאיזה דבר שיזדמן עד
שלא יתהוה כמות מאיכות
וכיוצא באלו וקל וחומר שלא
יתהוה מקרה מעצם וקו״ שלא
יתהוה דבר מלא דבר ר״ל מא״ין
כמו שקבלת מפה אל פה ולפי
שיש כאן דבר להתלות הנבראים
נקרא כתר הבריאה ונק׳ אחדות
השוה כי הוא המקבל אחדות
באמת ובו ישתוו כל הנמצאים
שנ׳ וחנותי את אשר אחון אף על
פי שאינו ראוי ונק׳ כבוד שני כי
הוא אחר הפ״לא והא״ין וזה הנתיב
נק׳ מדת ההשואה:

Rittangelius.

(*a*) Corona Summa *vocatur etiam* Non-ens *propter incomprehensibilitatem: est enim res quædam secundum se incomprehensibilis & ineffabilis, in remotissimo Deitatis recessu, & in fontani Luminis inaccessibili abysso sese retrahens & contegens; cujus splendidissimus splendor nudus immanens, nullo attributorum amictu, aut*

ctu, aut proprietatum vestitu perfunditur aut dilatatur: bonitateque indifferenter ENS *&* NON-ENS *vocatur: atque omnia quæ rationi nostræ videntur contraria aut contradictoria, tanquam segregata & libera unitas simplicißimè implicans.* ENS *quidem, quia ab eo tanquam* SUMMO ENTE *omnia entia existunt.* NON-ENS *autem, quia inter omnia entia reperitur nihil ipsi simile aut æquale.*

SEMITA III.

Vocatur Intelligentia sanctificans; & illa est basis seu fundamentum SAPIENTIÆ primordialis, quæ vocatur artifex fidei; & radices ejus אמן. Et est parens fidei, quoniam de virtute ejus fides emanat.

Rabi Abraham F. D. dicit:

Semita tertia vocatur Intelligentia sanctificans, & illa est sancta omni genere sanctitatis; & apta & disposita ad recipiendum formam (*a*) בינה INTELLIGENTIÆ sicuti materia apta est recipere formam, (*si ita licitum est dicere de hoc profundissimo mysteriorum gradu.*) Et illa est stirps & basis SAPIENTIÆ; quia per eam exitus SAPIENTIÆ in omnes NUMERATIONES: quoniam SAPIENTIA est primordialis, sicuti Scriptura dicit, Iob. c. 28. v, 12. Et SAPIENTIA de NON-ENTE invenietur. Et illa SAPIENTIA vocatur Artifex fidei, sicuti scriptura dicit, Exod. 17. v. 12. Et manus ejus erant fideles. & hæ sunt manus Mosis, (*b*) (nempè PULCHRITUDINIS) cum aptaret decem digitos manuum suarum ad deducendam virtutem de NON-ENTE ad *semitam* fidelem *dictam* (*c*) DIADEMA, Et

הנתיב הג׳:

נקרא שכל מקודש והוא יסוד החכמה הקדומה הנקרא אמונה אומן ושרשיה אמן והוא אב האמונה שמכחו האמונה נאצלת:

אמר הראב״ד:

הנתיב הג׳ נקרא שכל מקודש והוא קדוש בכל מיני קדושה ומזומן ומוכן לקבל צורת הבינה כדרך שהחומר מזומן לקבל הצורה והוא יסוד ושרש החכמה כי ממנו תוצאות החכמה לכל הספירות כי הוא החכמה הקדומה שנאמ׳ והחכמה מאי״ן תמצא והחכמה הזאת נקראת אמונה אומן שנאמ׳ ויהי ידיו אמונה והם ידיו של משה (תפ׳ לכוין בעשר אצבעות ידיו ל׳ להוריד כח מאי״ן אל האמונה (עט׳ להתחכם ולהשפיל סמאל שרו של עשו רל״ עמלק וזה הנתיב היה

היה באמונה עם הנתיב של הפלא
ולפי' אמרו בברא' רב' אמון מכוסה
אמון מוצנע ועיין שם אמון נסתר
אמון פדגוג וזה הנתיב נקרא
אומן כאש' ישא האומן את היונק
(עט') ועיין בבר' רב' וזה הנתיב
נקרא אומן כי הוא כלי אומנותו
של הקב"ה ר"ל בינה שנ' יהוה ב
בחכמה יסד ארץ (עט') כונן
שמים (תת') בתבונה (בינה) ואומ'
בראשית (חכמה) ברא אלהי'
(בינה) וזה הנתיב נקרא אב
האמונה (עט') כי ממנו האמונה
נאצלת והבן זה:

Et omnes sapientiæ nervos contendit ad deprimendum Samaeel principem Esau, id est Amalek. Hæc enim semita concurrit in fide cum semita admirabili vel abscondita: propterea dixerunt *sapientes* in Bereschith Rabba: Artifex absconditus, Artifex reconditus, quæ vide ibi: Artifex absconditus, Artifex Nutritius. Et hæc semita vocatur quoque Nutrix, juxta illud, Num. c. 11. v. 12. *Sicuti Nutritius fovet alumnum*; (DIADEMA) & vide in Bereschith Rabba. Vocatur etiam hæc semita Artifex: quia est instrumentum artificii sui, nempè Dei sancti qui benedictus sit: vult intelligi בינה INTELLIGENTIAM. Sicuti dicitur Prov. c. 3. v. 19. DEUS in SAPIENTIA fundavit TERRAM, (nempe DIADEMA) paravit COELOS, (nempè PULCHRITUDINEM) in INTELLECTU (nempè in בינה INTELLIGENTIA). Et dixerunt *sapientes* super locum Gen. c. 1. *In principio creavit Elohim*: In principio, id est in SAPIENTIA, creavit Elohim, id est בינה INTELLIGENTIA. Et hæc semita vocatur parens fidei (DIADEMA) quoniam de ea fides emanat. Hæc observa.

RITTANGELIUS.

(a) בינה (id est INTELLIGENTIA) *in tertio trium Superiorum* NUMERATIONUM *intellectualium ordine collocatur: Et omnium* NUMERATIONUM *intellectualium chori vinculum dicitur; quoniam hæc* בינה INTELLIGENTIA *inextricabili illas complicat vinculo, ostenditque infinitæ & immensæ bonitatis & misericordiæ earum machinam in infinitum sese protendere. Ideoque summoperè observandum est, has tres superiores* NUMERATIONES *Intellectuales, primordiales esse & coæternas, simulque infinitatis & inaccessibilis abyssi Deitatis censeri oracula: quoniam* SAPIENTIA *quæ sacro-sanctum* CORONÆ SUMMÆ *templum inclusa inhabitat, à quo etiam ab omni æternitate ineffabili procedit generatione, ut nostri, vel emanat emanatione, ut Hebræorum loquuntur Theologi,*

nunquam

nunquam à CORONA SVMMA, *ut &* INTELLIGENTIA, *nec à* SAPIENTIA, *nec à* CORONA SVMMA, *ulla detruncatione aut divisione sejungitur. Notandum præterea, quum præter has tres præcedentes, subsequentes etiam semitæ omnes & singulæ Intelligentiarum nomine veniant, id propter inopiam latinæ linguæ accidisse; quandoquidem apud Hebræos distincta sunt vocabula,* בינה *&* שכל, *quorum primum* בינה NVMERATIONEM *hypostaticam in ordine Sacro-sanctæ* TRIVNITATIS *tertiam, alterum vero, nimirum* שכל, *attributa tantummodo divina aliquando denotat. Vtrumque vero per* INTELLIGENTIAM *reddendum nobis fuit: quoniam, aliud vocabulum, quod* שכל *commodè exprimeret, non occurrebat. Quod hic simul & semel lectorem monendum esse duxi.*

(b) תפארת (PVLCHRITVDO:) *Huic* NVMERATIONI, *quæ in ordine sexta est, attribuitur nomen Tetragrammaton quoniam solum nomen Tetragrammaton, cunctis* NVMERATIONVM *nominibus cognominibusque veluti amictu utitur, ex quorum connexionis ornamento* PVLCHRITVDO *ipsa emergit, quibus Tetragrammaton decoratur. Hæc nomina & cognomina alia quidem à sinistris, satellitum & accusatorum, illa vero à dextris Tutorum & fautorum instar nomini Tetragrammato, quod in medio semper collocatur, assistunt.*

(c) עטרת (DIADEMA *vel* CORONA INFERIOR) *Hæc Numeratio, quum à superiori exordimur & deorsum tendimus, inter omnes* NVMERATIONES *& attributa extremum ordinem sortitur; quia est consummatio unionis in mundo Archetypo seu divino, mysteriumque regni ejus: habet enim in omnes creaturas regnandi facultatem. Propterea etiam* מלכות, quod REGNVM sonat, *cognominatur, quia per eam Rex Tetragrammaton sua quævis munia obit. Et hæc* NVMERATIO *est omnibus creatis proxima, per quam illis datur aditus ad Tetragrammaton, quod peculiare nomen Summi Regis & altissimi Opificis, à quo cunctæ in hoc universo dependent, innuit existentiam. Et huic* NVMERATIONI, *nempe* DIADEMATI, *attribuitur nomen* אדני (quod dominium denotat;) *creditur enim totius terrarum orbis præses esse & rector; eò quod nomen Tetragrammaton quamlibet influxus abundantiam nomini* אדני *confert, & in illo, tanquam in unum, opulentissima regis bona concurrunt; indeque porro transmittuntur, ut impleat quicquid creatorum necessitas exigit: thesaurus enim divitiarumque existit gazophylacium, eique nomini Adonai à Tetragrammato benedictionum torrentes, bonitatisque suæ immensæ defluxus applicantur.*

Adaptatur etiam huic NVMERATIONI *cognomen* אהל מועד, (Tabernaculi conventus;) *quo termino multis in locis ab Hebræis nuncupatur: per illam enim tanquam per canalem influxus omnigenæ bonitatis ab omnibus superioribus* NVMERATIONIBVS *collectus, in universa entia derivatur.*

Hæc NVMERATIO *cognominatur quoque* צדק (IVSTITIA,) *quam & inferiorem mitemque iudicii domum vocant, in hanc ab altiori judicii domo,* NVMERA-

MERATIONE *nempè* SEVERITATIS *seu* FORTITUDINIS, *quum influxerit inundatio, ipsa, judicium in mortem aut vitam, in famem aut saturitatem, pacem aut bellum, exsequitur: ipsa enim à Severitatis* NUMERATIONE *accepta, omnia hujus seculi judicia administrat,* ALTISSIMIQ; *exsequitur certamina. Unde Hebræi sexaginta fortes, validosque gladiis accinctos, bellorum Magistros illam circumdare asserunt, qui ad nutum ejus hostes* ALTISSIMI *profligent & interimant; propterque peccata hominum provincias totas deprædentur & evastent, regna subvertant, inexpugnabiles muros solo æquent, omnigenæque vindictæ supplicia exigant. Ex his juxta Hebræorum mentem positis, patet, secundum hoc cognomen* צדק (quod justitiam significat,) *hujus* NUMERATIONIS *imperio, ingentem legionum acierumvè numerum, subigi; quos propugnatores appellant, ensesque, gladios, tela, sagittas, arcus & jacula, ad debellandum hostes* ALTISSIMI, *gestare asserunt. Unde etiam hanc* NUMERATIONEM *gladium vindictam à fœdifragis sumentem, cognominant; hæc enim corripiendo peccatores, aufert ab eis iniquitates & scelera, eosque justos reddit: quoniam, ut ajunt, vestibulum est, quo Tetragrammaton justos ab impiis secernit, & nusquam impiis introeundi aditum præstat, nisi prius vindictam sumpserit de peccatis suppliciumque pro eis intulerit.*

Aliquando etiam ab eis PUTEUS *cognominatur; quia viventium aquarum* PUTEI *typum designare dicunt, in quam torrentes omnis generis benedictionum influunt, juxta illud eant, c.4.v.15.* Fons hortorum puteus aquarum viventium destillantium de Libano. *Et Hier. c.2.v.13.* Duo mala fecit populus meus, dereliquerunt me fontem aquæ vivæ & foderunt sibi cisternas fractas.

Aliquando MARIS *cognomen ei ascribitur, eò quod sicut in mare omnia flumina; ita etiam in eam ex omnibus superioribus* NUMERATIONIBUS, *benedictionum piscinæ congregantur; juxta illud Ecclesi. c.1.* Omnia flumina intrant in mare *&c. Hoc in loco notandum est, mare non contentam aquam, sed continentem alveum notare, juxta illud Esa. c.11.v.9.* Sicuti aquæ operientes mare *&c. Receptaculum ergo aquarum mare quoque dicitur.*

Conclude igitur hanc NUMERATIONEM DIADEMA *talem appellationem subire quale illud est, quod intrinsecus, ex intimis gratuitæ misericordiæ visceribus, vel extrinsecus ex hominum peccatis puniendis, sive bonum sive malum, in eam deducitur. Idcirco etiam* LIGNUM SCIENTIÆ *boni & mali cognominatur, si enim juxta Hebræorum mentem à gratiæ latere influxus deducitur, ei boni inditur cognomen: si verò à judicii latere, judicii inquam quod de internis* NUMERATIONUM *penetralibus trahitur, & hoc quoque bonum dicitur, sin ab externis judicium emanaverit, pessimum illud malum erit pravaque dispositio. Dicunt enim omnia superiora juxta malitiam & bonitatem hominum in eam trahi; interdum judicii meatus sanctos minuere, gratiæque & misericordiæ defluxus adaugere: sæpius verò contrà, gratiæ & misericordiæ canales impios obturare, judiciique plures aperire.*

rire. Quare propter malitiam hominum acerrima & sævißima quæque in hanc NVMERATIONEM *prodeunt; unde variis ærumnis seculum opprimitur, sicque ingentia infortunia, cædes, & omnis generis mala, dolor & afflictio, in mundum deducuntur, evertuntur regna, corruunt sceptra, prosternuntur imperia, obruuntur provinciæ, profligantur exercitus, truculentißimæ captivitates & cædes emergunt, febres, maligna ulcera, pestis, mœror, luctus, lamenta, desolatio, morbi innumeri & incogniti, inopinatæ neces, mors violenta, frequentia funera, cuncta denique miseranda & exitialia proveniunt. Igitur jure merito huic* NVMERATIONI *quæ cognominatur* DIADEMA *inferius, propriè nomen* אדני (quod Dominium sonat) *competit, nominis enim* Tetragrammati *templum & domicilium est: Quamobrem nomen* Tetragrammaton *iisdem punctis notatur & profertur quibus & nomen* אדני. Itaque *nomen* אדני *specie ignis devorantis vestitum, in sublimi solio* ALTISSIMI *sedens ut princeps & totius terrarum orbis Dominus regiis insignibus ornatus, totius Quadrigæ & superiorum & inferiorum, accedente quadraginta & duarum literarum nomine, solidißimus præses effulget juxta illud Psalm.*8. *v.*1. Adonai Adonai noster quam mirificum est nomen tuum in universa terra: *Hunc enim, ut ajunt, rapit ad superos, illum ad inferos & æterni exitii barathrum præcipitat, hunc languentem efficit, illum sanum & valentem reddit, prout judicii æquitas superiorum* NVMERATIONVM *(à quibus multiformam* SEVERITATIS *vel* MISERICORDIÆ *vel* CLEMENTIÆ *&c. vigorem, modo ad interitum, modo ad vitam accipit) postulare videtur. Ibi enim nihil iniquè flectitur, nihil oblivioni datur, nulla ibi personarum acceptio: sed ut à superioribus haurit; ita in inferiora dispensat. Et propterea, ut supra diximus, diversis* NVMERATIONVM *cognominibus appellatur; velut cognomine* SEVERITATIS *seu* FORTITVDINIS, MISERICORDIÆ *seu* MAGNIFICENTIÆ *&* CLEMENTIÆ *&c. Est enim omnium superiorum* NVMERATIONVM *cellarium & templum, utpotè in quo modi omnium affluentiarum reponuntur; propriè tamen* NVMERATIONIS *in ordine sextæ,* PVLCHRITVDINIS *nempè, cellarium est.* PVLCHRITVDINE *enim (cui nomen Tetragrammaton attribuitur) manuducente, à tredecim summitatibus* CORONÆ SVMMÆ *sexcentæ & viginti columnæ lucis inacceßibilis in hoc cellarium erumpunt & quasi prodeuntia flumina illabuntur; deinde de triginta duabus semitis* SAPIENTIÆ, *de quinquaginta* INTELLIGENTIÆ *portis; porrò de duobus & septuaginta pontibus à summæ* MISERICORDIÆ *aquis proficiscentibus, ut & de quadraginta duabus flammei ignis speciebus* SEVERITATIS *ex* SVMMIS MENTIBVS, *per* MEDIAM LINEAM *incedentibus, septuaginta prosiliunt & scaturiunt benedictionum luces; perque viam* ÆTERNITATIS *&* GLORIÆ, *in* NVMERATIONE Ehl-chai, *aliàs* FVNDAMENTVM *cognominata, junguntur; & inde in ipsum* REGNVM *seu* CORONAM *inferiorem* אדני *dictam, confluunt: ut ex appoßito schemate appareat.*

כתר עליון
Corona Summa

מוח הנעלם
Mens Abscondita

מוח הנעלם
Mens Abscondita

בינה
Intelligentia

חכמה
Sapientia

קו הדעת : מוח הנעלם
Linea Scientiæ : Mens Abscondita

גבורה
Fortitudo

גדולה
Magnificentia

תפארת
Pulchritudo


הוד
Gloria

נצח
Triumphus seu Æternitas

יסוד
Fundamentum

מלכות
Regnum

Non tamen existimandum est continuè universa prædicta pariter affluere, (Nam, ut supradictum est, multitudo piorum benedictionis influentiam auget, multitudo impiorum autem imminuit) sed quando nomen Tetragrammaton adeò latè vigebit, ut totus mundus unum colat Deum, id quod Meßiæ tempore futurum creditur; tum demum omnes NVMERATIONES *simul in* CORONAM *inferiorem* אדני *dictam confluent, quæ eandem bonorum copiam, quam à superioribus* NVMERATIONIBVS *accepit, secundum cujusque naturæ limites, singulis creaturis rursum elargietur. Cæterum notandum est, Singulas* NVMERATIONES *considerari vel secundum sua nomina propria vel cognomina, exempli gratia:* NVMERATIO *in ordine quarta* MAGNIFICENTIA *cognominatur, per eam* MISERICORDIA *intelligitur;* MISERICORDIA *autem illa est cognomen istius* NVMERATIONIS *cujus nomen proprium est* אלוה. *Ita* אלהים *est nomen proprium quintæ in ordine* NVMERATIONIS, *& cognominatur* FORTITVDO *seu* SEVERITAS. NVMERATIONIS *sextæ quæ à* PVLCHRITVDINE *seu* ORNATV *cognominatur, propriè vocatur Tetragrammaton; à quo universa sancta Dei nomina dependent. Septimæ* NVMERATIONIS *quæ ab* ÆTERNITATE *cognominatur, proprium nomen est* אלוה צבאות. *Octava* GLORIA *cognominata, vocatur propriè* אלהים צבאות. *Nona cognominatur* FVNDAMENTVM, *propriè appellatur* אל חי. *Decima de qua hucusque tam prolixè disseruimus, cognominatur* REGNVM, *propriè vocatur* אדני: *ut ex apposita figura apparet.*



Numeratio prima
Vocatur Corona Summa.
אהיה
Numeratio Tertia Vo: catur Intelligentia,
Numeratio Secunda Vocatur Sapientia,
יהוה prolatum per אלהים
יה
Numeratio Quinta Vocatur Fortitudo seu Seueritas
Numeratio Quarta Vocatur Magnificentia seu Misericordia
אלהים
אלוה
Numeratio Sexta Vocatur Pulchritudo seu Clementia
יהוה
Numeratio Octaua Vocatur Gloria
Numeratio Septima Vocatur Triumphus Victoria seu Æter: nitas,
אלהים צבאות
יהוה צבאות
Numeratio Nona Vocatur Fundamentum
אל חי
Numeratio Decima Vocatur Regnum

Postremo & hoc observandum venit cognomina esse varia & multiplicia uniuscujusque NVMERATIONIS, *quædam primi ordinis, quædam verò secundi ordinis quæ à primi ordinis cognominibus oriuntur.*

אל (*Ehl*), *cognomen est* CORONÆ SVMMÆ, *cujus proprium nomen, uti apparet ex supra posito schemate, est* אהיה (*Ehejeh*) *cognomina verò nominis* אל (*Ehl*) *secundi ordinis, sunt* MAGNVS, GRATIFICVS, POTENS, TARDVS AD IRAM, SVMME MISERICORS, GRATVITE OPERANS, SANCTVS, IGNOSCENS & LOCVPLES GRATIÆ &c.

Cognomina secundi ordinis nominis אלהים (ELOHIM) *sunt* ROBVSTVS, IVDEX, ABSQ; CONNIVENTIA IVDICANS, VEHEMENS, VIR BELLI, VIGOROSVS, FORTIS, VISITANS PECCATA, RETRIBVTIONEM PERSOLVENS, &c.

Nominis יהוה (TETRAGRAMMATON) *cognomina sunt,* TERRIBILIS, SVSTINENS INIQVITATEM, TRANSIENS SVPER DELICTA, VERAX, SVBLIMIS, EXCELSVS, CVSTODIENS GRATIAM, HABITATOR ÆTERNITATIS, SANCTVS &c.

Quæ supradicta cognomina, quædam quidem nominis אל (*Ehl quod signifer summæ gratiæ est*) *organa sunt, quædam verò nominis* אלהים (*Elohim, qui tanquam bellicosus quis armis incedit*) *quæ omnia genera armorum ad visitandum peccata hominum subministrant: quædam tandem sunt organa nominis* יהוה (*Tetragrammaton*) *quod prædictorum nominum divinorum nempè* אל (*Ehl*) & אלהים (*Elohim*) *basis est & fundamentum & inter prædicta utraque conciliator & mediator, ex* SEVERITATE & MISERICORDIA *aggregatum. Adde, ut superius diximus, omnia sanctissima* DEI *nomina nomini Tetragrammaton inserta & catenatim annexa esse, omnia enim ab illo pendent tanquam à summo omnium Imperatore, cui veluti Archiduces, Duces, Principes, Comites & Barones imperii sui annodati sunt. Cætera inferius in explicatione operis & mysterii* QVADRIGÆ *superioris & inferioris habebis.*

Sunt & alia Dei & Angelorum ad singula officia deputatorum sacra nomina, quæ ex certis Sacræ Scripturæ locis, juxta artem quam modernorum Hebræorum Cabalistæ tradunt, eliciuntur. Horum generalis regula est, quod ubicunq; in sacra Scriptura aliquid de divina essentia commemoratur, ex eodem loco divinum aliquod nomen, certi cujusdam Angeli ad hoc vel illud officium ritè deputati, expressum, inveniri tradunt. Et modo ex initialibus literis, modo ex finalibus, modo ex mediis, sibi invicem transpositis seu combinatis aut permutatis, aliquando etiam per Notaricon, aliquando per Gematricon genus elicere conantur. Solent quoque nomina Angelorum ad desideratum quemcunque effectum juxta cæli dispositionem sic elicere, puta erectâ cæli figurâ, projiciunt literas suo numero & ordine à gradu ascendentis secundum ordinem signorum cælestium per singulos gradus, complendo totum cæli circulum: tunc

ex literis

ex literis illis, quæ ceciderunt in certa loca, istius Angeli cujus præsidio utuntur, quemq; istius operis Rectorem & Præsidem esse credunt, nomen conficiunt: hoc observato immobili canone, uti ex benignis sacræ Scripturæ locis, bonorum Angelorum, ita ex severis, malorum Angelorum nomina inquirant, ne cum albo nigrum, diem cum nocte, lucem cum tenebris confundant; eoq; artificio, inverso ordine, ab initio gradus occidentis contra signorum cælestium ordinem idem faciunt, & literis ex certis locis resultantibus nomen spiritus mali conficiunt.

Præterea sunt adhuc & alia septuaginta duo Sacra Dei nomina, proximè prædictis multo validiora quæ ex tribus versibus Exod. *cap.* 14. *vers.* 19. 20. 21. *eliciuntur, & à capite incipiunt* ויסע ויבא ויט (Et provectus est *&c.* & venit, *&c.* & extendit, *&c.*) *Quorum unusquisq; septuaginta duabus constat literis. Iam, si quilibet horum versuum peculiari linea, primus quidem, à dextris versus sinistram, secundus verò, à sinistra versus dextram, Tertius iterum à dextra versus sinistram scribatur, & litera directè sub litera collocetur, singulæ tres literæ sub invicem collocatæ, si unicuique in fine addatur divinum nomen monosyllabum* אל *vel* יה *peculiare aliquod nomen Angeli, Magnum Nomen* יהוה *præseferentis constituunt. Hæc igitur septuaginta duo nomina ex tribus hisce versibus, eo quo diximus modo elicita, Hebræi Schem Hamphorasch, id est, explicatum Dei nomen vocant. quod ipsum ita se habere R. Hakadosch expresse docet in libro Iezirah cap.* 2. *sect.* 3. *fol.* 62. *col.* 1. *his verbis:*

ויסע ויבא ויט שהפסוק הראשון הוא מראשו עד סופו והאמצעי מסופו לתחלתו והאחרון מתחלה עד סוף:

Et profectus est, &c. *Et venit* &c. *Et extendit*, &c. Primus versus à principio ad finem ejus & medius à fine ad initium ejus, ultimus ab initio ad finem ejus.

Vbi etiam illa in quinque ordines distinguenda docet: nempe in תקון *id est*, rectitudo וצירוף & combinatio, ומאמר & oratio, ומכלל & sententia, וחשבון & supputatio. *Sed de his satis. Non enim fert institutum nostrum hæc omnia examussim prosequi. Coronidis tantummodo loco addam quæ in Oriente constitutus, in doctissimo quodam manuscripto Theologico inveni, cujus Auctorem Orientales circa trecentos annos ante destructionem templi vixisse credunt. Et R. Simeon filius Iochai eundem Authorem quoque in suis citat libris. Ex illo enim doctissimo & difficillimo libro, Idem ipse ad suam doctrinam quamplurima excerpsit; Vbi dicit: illa quinque rursum in hæc tria, nempè* חשבון Numerum, ציור figuram, משקל, pondus, *juxta triplicem rerum omnium conditionem, reducere & tripliciter illam artem non tantum speculari, verum etiam exercere monet.*

Vnicuique Angelo eſt verſus in lege, correſpondens nomini ſuo. Kethabiel juxta illud Exod.32.*v.*16. *Et ſcriptura, ſcriptura Dei ipſa.* Zechariel juxta illud *Recordans fœderis parentum*, legitur quoque *recordare noſtrorum in Vitas*. Et amicit ſe in זכור: Schamri-Ehl in שמור: Chaſdi-Ehl in חסד: Gabriel in גבורה: Zedekiel in צדק: Raphael in תפארת: Malki-Ehl in מלכות: Nullus deniq; eſt Angelus cui non ſit radix & fundamentum in NVMERATIONIBVS, & quælibet NVMERATIO habet nomẽ proprium, & propriam eſſentiam, & omnia illorum nomina habent ibi (in illis ſcilicet NVMERATIONIBVS) ſuas radices ac fundamentum. Et hic ſit immobilis Canon in manu tua, quod omnia Præfectorum ſuperiorum nomina pendeant à NVMERATIONIBVS. Et quodlibet eorum Nomen habet verſum nomini correſpondentem. Et omnes Angeli quorum Equi, Equi ignei; & quorum currus ignei, & quorum arcus ignei, & quorum lanceæ igneæ, & quorum omnia inſtrumenta bellica ignea; fundamenta eorum in FORTITVDINE (NVMERATIONE nempè SEVERITATIS.) Angeli verò perditionis, qui itidem ex igne, FVNDAMENTVM eorum in Gehenna. Sunt & Angeli de quibus dicitur Pſal. 104.v.4. *Faciens Angelos ſuos ſpiritus*, fundamentum illorum in COLVMNA MEDIA (id eſt NVMERATIONE PVLCHRITVDINIS

DINIS

כל מלאכא כפום שמיה אית
ליה קרא באוריתא כתביאל על
שם המכתב מכתב אלה׳ הוא
וגו׳ (שמות לב״) זכריאל על שם
זוכר ברית אבות ונק׳ זכרנו
לחיים ואתכפיא בזכור שמריאל
בשמור חסדיאל בחסד גבריאל
בגבורה צדקיאל בצדק רפאל
בתפארת מלכיאל במלכו׳ לית
מלאכא דלית ליה עקרא ויסודא
בספירן וכל ספירה אית לה שם
ידיע והויה ידיע וכל שמהן תמן
אית לון עקרא ויסודא והאי
כללא נקוט בידך דכל ממנן
דלעיל שמהן דלהון תליין בספירן
ושמהתהון כל חד אית ליה קרא
על שם שמא דיליה וכל מלאכיא
דסוסיהון סוסי אשא ומרכבותיהן
אשא וקשתותיהון אשא ו
ורומחיהון אשא וכל מאני קרבא
דלהון אשא יסודיהון בגבורה
ומלאכי חבלה דאינון אשא
יסודא דלהון בגיהנם ואית
מלאכיא דאתמר בהון עושה
מלאכיו רוחות (תלים קד״) יסודא

דלהון

DINIS.) Sunt & Angeli qui ex aquis Expansi: de quibus dicitur Psalm. 148. v. 4. *Et aquæ quæ super cælos sunt*, & hi sunt ex proprietate dextræ, (id est MISERICORDIÆ.) Horum omnium radices in superis sunt, (id est, in NVMERATIONIBVS.) Et nullus Angelorum est in quo non inveniatur Nomen יהוה, quod ubiq; invenitur, sicuti anima invenitur in omnibus & singulis membris. & propterea est homini Regnum seu Imperium Dei in omnibus NVMERATIONIBVS & in omnibus Thronis & in omnibus Angelis. Et ita in singulis membris filius hominis, *Regnum & Imperium divinum omnium superiorum in membris suis circumfert & quasi imaginem* ALTISSIMI, *hoc est proprietates ejus repræsentat*. ita ut non sit locus vacuus ab eo nec in superioribus nec inferioribus.

בעמודא דאמצעית׳ ואית מלאכיא דאינון ממיא דרקיעא דאתמר בהון והמים אשר מעל השמים (תלים קמח) מסטרא דימינא כלהון עקריהון לעילא ולית מלאכא דלא אשתכח ביה שם יהוה דאשתכח בכל אתר כגוונא דנשמתא דאשתכחת בכל אבר ואבר ובגין דא אית לבר נש לאמלכא יהוה בכל ספירן ובכל כרסין ובכל מלאכין ובכל אבר ואבר דבר נש דלית אתר פנוי מניה לא בעלאין ולא בתתאין:

Et alibi idem Author dicit:

CHASDIEL tunc temporis nomen sortitur, quando חסד id est, Misericordiam cum seculo exercet. GABRIEL tunc, quando גבורה, id est fortitudinem seu severitatem exercet. SETHVRIEL tunc, quando abscondit filios hujus seculi sub alis suis ab Angelis perditionis. & hoc est quod scriptura dicit Psal. 91. v. 4. (*Et sub alis ejus tutus eris, clypeus* &c. CHETHAMIEL tunc vocatur, quando obsignat merita & peccata. KETHABIEL tunc, quando scribit peccata & merita. *Summa*, Vniuscujusq; Angeli nomen juxta Legationem ejus immutatur.

חסדיאל אתקרי בזמנא דעביד חסד עם עלמא גבריאל בזמנא דעביד גבורא בעלמא סתוריאל בזמנא דסתיר בני עלמא בגדפוי מאלין מלאכי חבלה הה״ד ותחת כנפיו תחסה צנה (תלים צא) ואתקרי חתמיאל בזמנא דחתים זכוון וחובין כתביאל בזמנא דכתב חובין וזכוון כל מלאכא כפום שליחותיה אשתני שמיה:

SEMITA IV.

Vocatur Intelligentia metalis seu receptacularis; & vocatur ita eò quod in eam tanquam metam ex superioribus Intelligentiis delatæ, ab ea emanant omnes virtutes spirituales per subtilitatem emanationum, qua emanant una ab altera virtute emanativi primordialis (CORONÆ inquam SUMMÆ) benedicta sit illa.

הנתיב הד׳:

נקרא שכל קבוע ונקרא כן שממנו מתאצלים כל הכחות הרוחניות בדקות האצילות שמתאצלות אלו מאלו בכח ה המאציל הקדמון (כ״ע ית׳):

Rabi Abraham F. D. dicit:

Semita quarta vocatur Intelligentia metalis seu receptacularis & vocatur ita quia de ea emanant omnes virtutes & quia omnes virtutes in eam collectæ sunt & sicuti in seminario quodam plantatæ. Et propterea educuntur de ea omnes virtutes spirituales per subtilitatem emanationis; sicut forma ædificii est in Architecto in ingeniosa mentis delineatione & propterea omnes formæ ædificii quæ in ipso ædificio sunt omnes producuntur è potentia formarum in mente architecti delineatarum, unumquodq; genus de genere suo & non alieno existit. Exemplum hujus rei; forma structuræ fenestræ quæ est in delineatione mentis artificis est causa fenestræ actu existentis; sed delineatio fenestræ in mente artificis non est causa avis in pariete domus depictæ; delineatio enim fenestræ non est delineatio avis. Et propterea dixerunt (*sapientes*) quod emanat una ab alia, hoc est, quodque genus de

אמר הראב״ד:

הנתיב הד׳ נקרא שכל קבוע ונקרא כן לפי שממנו מתאצלו׳ כל הכחות כי כל הכחות בו הן קבועים וכמסמרות נטועים ולפיכך נתאצלו ממנו כל הכחות הרוחניות בדקו׳ האצילו׳ כדרך שצורת הבניין בבנאי בדקות ציורו ולפיכך כל צוורת הבניין אשר בבניין כולן מתאצלות מכחות הציורי׳ אשר בבנאי כל מין ממינו ולא מזולתו והמשל בזה כי צורת בניין החלון אשר בציור הבנאי הוא סבה לחלון הנמצא בפועל אמנם אין חלון אשר בציור הבנאי סיבה לעוף המצוייר בכותל הבית אין ציור החלון בציור העוף ולכך אמרו שמ

de genere ſuo in forma : ציור *forma* in ſupputatione arithmetica conficit (*tantum quantum vox*) שאה (*quod idem ſonat ac privatio.*) quoniam ſicuti privatio eſt privatio formæ præteritæ ; ſic etiam privatio eſt cauſa eſſentiæ (*futura.*) Et ecce ſemita hæc eſt in potentia primordialis ſemitæ inquam primæ (*emanativa*) quæ facit emanare omnia genera emanationum.

שמת אצלות אלו מאלו פי׳ המין ממינו בציור: ציור בגימטרי׳ שאה כי כשם שהעדר הוא העדר לצורה שעברה כן העדר הוא סבה להויה והנה הנתיב הזה בכח קדמון שהוא הנתיב הראשון הוא מאציל כל מיני האצילות:

SEMITA V.

Vocatur Intelligentia radicativa; & vocatur ita eò quod illa eſt ipſa unitas maximè æqualis quæ coadunat ſe cum ipſa בינה (INTELLIGENTIA) quæ emanat è penetralibus SAPIENTIÆ primordialis.

הנתיב הה׳:

נקרא שכל נשרש ונקרא כן מפני שהוא עצם האחדות השוה והוא המיוחד בעצם הבינה הנאצלת מגדר החכמה הקדומה:

Rabi Abraham F. D. dicit :

Semita quinta vocatur Intelligentia radicativa ; & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſa unitas maximè æqualis ; quia in illa adæquantur omnia quæ emanant ab ea & quæ ſunt ſub illa. Et eſt differentia inter hanc ſemitam & ſemitam ſecundam quæ eſt ſplendor unitatis maximè æqualis quia hęc eſt patefactio principatus exiſtentium in unitate maximè æquali ; ita ut nullo diſcrimine agat ſive in ſiniſtram ſive in dextram eò quod illa ſe gratioſam exhibet & beneficam etiam impiis ſicuti explicavimus ſuperius : Sed quatenus ad hanc ſemitam quintam, res illæ quæ ab ea producuntur

אמר הראבד:

הנתיב הה׳ נקרא שכל נשרש ונקרא כן מפני שהוא עצם אחדות השוה כי בו ישתוו כל הנאצלים ממנו ולמטה ויש הפרש בין זה הנתיב ובין הנתיב הב׳ אשר הוא זוהר האחדות השוה כי הוא התפתחות נשיאות הנמצאים באחדות השוה עד שאין הפרש לו בין לשמאל בין לימין כי הוא חונן ומטיב אפילו לרשעים כמו שפירש׳ לעיל אבל הנתיב הה׳

tur ſunt in (*a*) dextram aut in ſiniſtram, aut (*b*) ante aut retro, aut in judicium aut in miſericordiam: omnes verò radicatæ ſunt de una abſolutiſſima & ęquali radice nempè in ſemita ſecunda: Verbi gratia ſol emollit & liquefacit ceram & coagulat & indurat lutum per unam eandemque virtutem quæ in eo eſt; atque inde non colligimus in ſole eſſe diverſas virtutes, virtutem nempè arefacientem ſeu indurantem & virtutem liquefacientem ſeu emollientem; vel in ſole eſſe qualitatem exſiccandi & liquefaciendi quod abſit. quoniam ſol ſuperior eſt omnibus elementis & multo magis ſuperior eſt omnibus qualitatibus elementorum, verum una & eadem virtute quæ in ſole reperitur, arefacit &c. Et illa virtus quatenus eſt in ſole eſt virtus ſimplex abſq; virtute alicujus elementi & abſque ulla qualitate & abſque ulla diverſitate. Idem etiam intelligendum eſt de ſemita quinta in qua eſt unitas æqualis & de qua deducuntur filii (*c*) tranſitus & permutationis & varietatis. Et inde capies convenientem differentiæ ſimilitudinem inter ſemitam quintam & ſemitam ſecundam: quia ſemita ſecunda aſſimilatur animæ, & ſemita quinta ſplendori in explicatione unitatis maximè æqualis.

דברים המתפשטים ממנו לימין ולשמאל ולפנים ולאחור ולדין ולרחמים כולן נשרשו משרש אחד פשוט ושוה בנתיב הב׳ והמשל בזה לשמש שמתכת השעוה ומקפאת ומקרשת הטיט בכח אחדות פשוטה שבו לא שנבין מכאן כי בשמש כחות שונות כח מיבש וכח מתיך או שיהיה בשמש איכות ההתכה או היובש חלילה וחס אבל השמש למעלה מן היסודות וכל שכן שהי׳ למעלה מן האיכות ליסודות אמנם בכח אחד שבשמש מיבש ואותו הכח בהיותו בשמש הוא כח פשוט בלי כח יסוד ובלי שום איכות ושום שינוי כך יש להבין בנתיב הה׳ שבו אחדות שוה אשר ממנה יתפשטו בני חלוף ותמורה ושינוי ויש לך לקחת דמיון ההבדל בין הנתי׳ הה׳ לנתיב הב׳ כי הנתיב הב׳ דומה לנפש והנתיב הה׳ לזריח׳ בפי׳ אחדות השוה:

(a) Aut in dextram aut in ſiniſtram. *Notandum eſt apud Hebræorum Theologos dextram ſignificare miſericordiam ſiniſtram verò ſeveritatem ſive judicium.*

(b) Ante aut retro. *alias ab anteriori aut à poſteriori.*

(c) De qua deducuntur filii tranſitus & &c. *Virtutes quæ à ſuperioribus ſemitis in hanc ſemitã quintam delatæ & radicatæ ſimiles & æquales adhuc fuerunt, quando ab hac in inferiores ſemitas deducuntur tranſeunt & mutantur pro variis hominum moribus vel in miſericordiam vel in ſeveritatem ſivè judicium.*

SEMITA VI.

Vocatur Intelligentia influentiæ mediantis, & vocatur ita, eò quod in ea multiplicantur influxus emanationum, illa enim facit influere affluentiam iſtam in omnes benedictionum piſcinas quæ uniuntur illi ipſi.

Rabi Abraham F. D. dicit.

Semita ſexta vocatur Intelligentia affluentiæ mediantis. Notum eſt quod dictio שפע (*Affluentia*) à voce נזילה quæ ſtillationem ſignificat & affluentiæ copiam. ſicuti dicitur Iob. 22. v. 11. *Et affluentia aquarũ operiet te:* hoc eſt, copia influxus aquarum. Et ecce ſtillatio & copia affluentiæ quæ defluit de ſemita ſexta eo modo ſe habet, quo lumen ſolis affluit & per derivationem deducitur lumen ejus in lunam & quo lumen ſolis etiam affluit ſuper omnia exiſtentia ſic quoque de ſemita ſexta affluit influxus diverſus & diſtinctus nimirum à ſemita ſexta uſque ad lacus & fontes qui uniuntur ipſi ſemitæ ſextæ.

הנתיב הו׳:

נקרא שכל שפע נבדל ונקרא כן מפני שבו מתרב׳ שפע ה האצילות והוא משפיע השפע ההוא על כל הבריכות המתאחדות בעצמו:

אמר הראבד״:

הנתיב הו׳ נקרא שכל שפע נבדל ידוע הוא כי שפע מלשון נזילה וריבוי שנא׳ ושפעת מים תכסך ופי׳ ריבוי נזילת מים והנה הנזילה והרבוי אשר נוזל מן הנתיב הו׳ כערך שאור החמה ממנה ישפע וינזל אורה אל הלבנה ועוד ישפע מן החמה אורה על כל הנמצאות כן מן הנתיב הו׳ ישפע ממנו שפע נבדל ונפרש מן הנתיב הו׳ עד הבריכות והמקורות המתאחדות בעצם הנתיב הו׳:

SEMITA VII.

Vocatur Intelligentia recondita, & vocatur ita eò quod illa eſt ſplendor refulgens in omnes virtutes intellectuales quæ oculis intellectus & fidei contemplatione perſpiciuntur.

Rabi Abraham F. D. dicit:

Semita ſeptima vocatur Intelligentia recondita quoniam recondita eſt ab omnibus aliis extra ſe & non comprehenditur niſi per Intelligentias NVMERATIONVM. Et hæc eſt differentia inter ſemitam ſeptimam & ſemitam (*quæ vocatur*) admirabilis vel abſcondita quod ſemitam admirabilem vel abſconditam ratione comprehendere (*a*) Intelligentiis ipſis negatum eſt: At ſemita ſeptima apprehenditur ab Intelligentiis quæ ſunt in (*b*) NVMERATIONIBVS iſtis & etiam à mente & contemplatione DIADEMATIS inferioris quod vocatur fidele.

הנתיב הז״:

נקרא שכל נסתר ונקר׳ כן מפני שהוא זוהר מזהיר לכל הכחות השכליים הנראי׳ בעין השכל וברעיון האמונות:

אמר הראבד״:

הנתיב הז׳ נקרא שכל נסתר כי הוא נסתר מכל מה שזולתו ולא יושג רק בשכלי׳ הספירות וזהו ההבדל שבין נתיב הז׳ לנתיב מופלא שהמופלא נמנע׳ השכלי׳ מהשכילו אילו הנתיב הז׳ יושג למשכילים אשר בספירות אלו וגם למחשבת ורעיון של העט׳ הנקרא אמונה:

RITTANGELIUS.

(a) (Intelligentiis) *Intelligentiæ hoc in loco attributa divina, quæ* NVMERATIONES *inferiores &* מדות *proprietates alias vocantur, ſignificant.*
(b) (In NVMERATIONIBVS) *nempè ſeptem inferioribus.*

SEMITA VIII.

Vocatur Intelligentia abſoluta ſeu perfecta, & vocatur ita eò quod illa eſt apparatus primordialitatis quæ non habet radicem cui inhæreat aut inſideat niſi in penetralibus MAGNIFICENTIÆ quæ emanant de propria ſui ipſius ſubſiſtentia.

הנתיב חח׳:

נקרא שכל שלם ונקר׳ כן מפני שהוא תכונת הקרמות אשר אין לו שורש להתיישב בו כי אם בחדרי הגדולה הנאצלים מעצם קיומו:

Rabi Abraham F. D. dicit:

Semita octava vocatur Intelligentia absoluta seu perfecta, à voce. Esai. 60. v. 20. ושלמו ימי אבלך Et finientur dies luctus tui: id est, quoniam perfecti sunt & pervenerunt ad finem suum. Et hoc propterea quod semitæ hæ absolutæ & perfectæ sunt. Et impossibile est assequi finem hujus semitæ nisi per INTELLIGENTIAM, quæ vocatur illuminans, & propterea etiam vocatur absoluta seu perfecta. Et noli mirari hac in re siquidem est hujuscemodi difficultas inter singula semitarum paria génera: Hujus rei exemplũ: Ecce (a)[COCCVM DIADEMA] impossibile est assequi si illud simul est de genere piscium & simul de genere plantarum quia hæc vivit & movetur non tamen mutat locum suum quia fixa est & inhærens terræ. Et quicunq; eò pervenire voluerit ut sciat veritatem hujus semitæ, necesse est ut scrutetur eam in penetralibus MAGNIFICENTIÆ (תת׳ PVLCHRITVDINIS) unde emanat.

אמר הראב״ד:

חנתיב הח נקרא שכל שלם מלשון ושלמו ימי אבלך כי תמו והגיעו עד סופן ולפי שהנתיבות תמו ונשלמו ואי איפשר לעמוד על תכלית נתיב זה אלא מן שכל מזהיר ולפיכך נקרא שלם ואל תתמה בדבר זה כי זה הספקהו׳ בין כל שני מינים והמשל בזה כי הנה חלזון (עט׳) אי איפשר לעמוד עליו אם הוא מכלל הדגים או מכלל הצומח כי הוא חי ומתנועע אינו מחליף מקומו כי הוא נעוץ ותקוע בארץ וכל הבא לידע אמתת הנתיב זה צריך שיחקור עליו מחדרי הגדולה (תת׳) חנאצלת ממנו:

SEMITA IX.

Vocatur Intelligentia munda & vocatur ita; eò quod illa mundat NVMERATIONES & probat & emendat exscissionem imaginis earum & disponit unitatem earum quæ ipsi uniuntur absque detruncatione & divisione.

הנתיב הט׳:

נקרא שכל טהור ונקרא כן מפני שהוא מטהר את הספירות ומבחין ומבהיק גזירת תבניתם ותוכן אחדותם שהן מיוחדות מבלי קצוץ ופירוד:

Rabi Abraham F. D. dicit :

Semita nona vocatur Intelligentia munda & vocatur ita, eò quod illa mundat & emendat exſciſſionem NVMERATIONVM quatenus tangit eas aliqua mutatio ratione attributorum tunc illa emendat & ſplendidiſſimo omnium fulgori ſuo reſtituit, & mundat atque purificat exſciſſionem imaginis earum & removet ab eis omnem mutationem attributorum & propterea ipſa diſponit unitatem ut uniat eas abſque detruncatione & diviſione.

אמר הראב״ד:

הנתיב הט' נקרא שכל טהור ונקרא כן מפני שהוא מטהר ומבהיק גזירת תבנית הספירות מאשר יעלה עליהם שום חלודה מנגד התמורות אזי הוא מבהיק ומצחצח ומטהר ומנקה גזרת תבניתם ומסלק מהם התמורות ולפי' הוא מכין האחדות כדי ליחד בלי קצוץ ופירוד:

SEMITA X.

Vocatur Intelligentia reſplendens: Et vocatur ita, eò quod illa exaltata eſt ſuper omne caput, & ſedet in throno בינה (INTELLIGENTIÆ *de qua ſupra in ſemita tertia:*) Et illuminat fulgorem omnium luminarium & emanare facit influentiæ copiam (*a*) principi facierum.

הנתיב הי':

נקרא שכל מתנוצץ ונקרא כן מפני שהוא מתעל' ויושב על כסא הבינה ומאיר בזוהר המאורות כולם ומשפיע שפע ריבוי לשר הפנים:

RITTANGELIVS.

(a) *Princeps facierum, dicitur, qui omnium Thronorum, Principatuum, Poteſtatum & Dominationum ſolidiſsimus exiſtit præſes.*

Rabi Abraham F. D. dicit :

Semita decima vocatur Intelligentia reſplendens & vocatur ita, eò quod hæc Intelligentia exaltata eſt ſuper omne caput, & ſedet in throno בינה INTELLIGENTIÆ per הא (*a*) Superius: Et emittit de lumine ſuo in (*b*) תת'ועט' (PVL-

אמר הראב״ד:

הנתיב הי' נקרא שכל מתנוצץ ונקרא כן לפי שזה השכל מתעלה ויושב בכסא הבינה בה״א עליונה ומשלח מאורו אל התפ' ועט' ואל כל המאורות ומשפיע שפע בריבוי

CHRITVDINEM & DIADEMA) & in omnia luminaria. Et facit affluere affluentiæ copiam principi facierum. Vocatur verò resplendens, eo quod accipit scintillas splendoris de בינה INTELLIGENTIA.

לשר הפנים ונקרא מתנוצץ על
שם שמקבל ניצוצי הזוהר מן
הבינה:

RITTANGELIUS.

(a) הא׳ (Superius) *Vna ex sanctißimi nominis Tetragrammaton litera est.*

(b) PVLCHRITVDINIS) *Vt diximus supra proprium nomen est Tetragrammaton & complectitur Decem* NVMERATIONES, *ex eo enim cuncta Dei nomina & cognomina pendent, omniumq; Quadrigarum & superiorum & inferiorum* NVMERATIONVM *vinculum est.*

(c) DIADEMA) *Cum à summo ad ima tendimus extremum obtinet locum, si ita licitum est dicere, si verò ab infimis ad suprema adscendimus rursum primum habet locum, ut supra diximus. Et hoc metrum Spiritus sancti domicilium mysticum designat, per quod prophetiæ machinam universus prophetarum chorus ingreditur: Hæc enim orationum janua dicitur; quæ siderum minas avertit, nostrasq; orationes exaudiri facit: & ipsa judicium seu severitatem in misericordiam mutat.* REGNVM *enim Altissimi est, per quod sanctißimi nominis unio absolvitur, cum inde rerum discrimen, deorsum si tendas, oritur & assumit omnium* NVMERATIONVM *nomina & cognomina, secundumq; id quod in eo exuberat, ei inditur appellatio.*

SEMITA XI.

Vocatur Intelligentia fulgida, & vocatur ita eò quod illa est ipsa cortina quæ ordinata est juxta ordinem dispositionis, & hæc est dignitas quædam quæ data est ipsi, ut stet coram facie CAVSÆ CAVSARVM.

הנתיב הי״א:

נקרא שכל מצוחצח ונקרא כן
מפני שהוא עצם הפרגוד המסודר
בסדר המערכ׳ והוא יחס הנתנת
לעמוד בפני עלת העלות:

Rabi Abraham F. D. dicit:

Semita undecima vocatur Intelligentia fulgida. Et vocatur ita quia illa est ipsa cortina, hoc est, velum ordinatum juxta ordinem dispositionis semitarum superio-

אמר הראב״ד:

הנתיב הי״א נקרא שכל מצוחצ׳
ונקרא כן מפני שהוא עצם הפרגוד
ר״ל הפרכת המסודר בסדר

rum & ſemitarum inferiorum: Et confert illis dignitatem ſtare coram facie CAVSÆ CAVSARVM, ſicuti dicitur Exod. cap. 26. v. 33. *Et diſtinguat velum vobis inter ſanctum & inter ſanctum ſanctorum & non veniat omni tempore ad ſanctuarium ad interiora veli:* פרגוד *(quod cortinam ſignificat per artificioſam ſupputationem arithmeticam Cabaliſtarum) conficit tantum, quantum &* חצר *atrium.* [*videlicet 298 hoc modo:*

8 conficit ח
90 ——— צ
200 ——— ר
———
298

המערכה של הנתיבות העליונות
ושל נתיבות שלמטה ויחס
הנתיבו׳ לעמוד מפני על׳ העל׳
כמו שאמר והבדילה הפרכת
לכם בין הקדש ובין קדש הקדשים
ואל יבא בכל עת אל הקדש
מבית לפורכת הפרג״וד בג׳י חצ״ר
וכנגד הפרגוד הירה חצר הכבד
בחי המבדיל בין כלי הנשמה
ובין כלי המאכל:

Eadem ſumma reſultat ex literis dictionis פרגוד *in hunc modum:*

80 ——— פ
200 ——— ר
3 ——— ג
6 ——— ו
4 ——— ד
———
293

Deſunt hic ad plenum numerum vocis חצר *(atrium) ſupradictum quinque quæ expleas, ſi pro ſingulis literis dictionis* פרגוד *Cortinæ quæ ſunt quinque, addas totidem numeros Cardinales; ita efficies numerum vocis* חצר (atrium) *nempe* 298.] Et è regione cortinæ *Diaphragmatis* eſt atrium jecoris etiam in animali quod diſtinguit inter inſtrumenta animæ & inter inſtrumenta nutritionis.

RITTANGELIVS.

Nota. Hebræi hominem ad imaginem Dei conditum eſſe dicunt, non tantum ratione mentis ſuæ atque imperii, quo cæteris omnibus dominatur, verum etiam conditione atque habitu membrorum corporis imaginem divinæ naturæ & proprietatum ejus videri exprimere, ut ille ſit tanquam mortalis Deus in terris, in quo ſunt aſpectabilia ea quæ in Deo ſunt incomprehenſibilia. Quare ut hujus ſemitæ proprietatem quantum

tum licet intelligamus dicunt: ut Diaphragma cui hanc semitam quasi assimilant, nutritionis & animæ instrumenta objectu suo dividit, ita hanc semitam distinguere superiores semitas ab inferioribus, sive Deum ab attributis.

Hanc nactus occasionem de variis Hebræorum Sacram Scripturam interpretandi generibus breviter aliquid agere constitui, eo præsertim fine ut lector in illorum scriptis eo melius versari possit, præterea ostendere quantum antiquorum Rabinorum, qui vera scientia imbuti fuere, ratio, à modernorum Iudæorum institutione & deliriis differat. Palam testor non docere sed narrare me eâ lege velle, ut quædam narrasse sit omnia contempsisse. Priusquam autem institutum aggrediar, operæ pretium fore censeo, paululum à proposito digredi brevibusque, ut eo melius ea quæ tractamus intelligantur, præfari; quicunque oculatus est prospicere potest digressionem nostram non esse non necessariam. Hisce enim viam Lectori sternere decrevimus, ne si minus intelligantur, tædium pariant. Notum est doctioribus, gloriosam apud Hebræos Cabalæ fieri mentionem, hancq; occultam Moseh in monte Sinai traditam à Deo, ut ajunt, esse doctrinam, quam quidam ex eorum Sapientibus vocarunt Philosophiam divinam, seu Theologiam speculativam, quæ si conferatur cum Theologia nostra; ab ea non multum abludet. Verum non hoc Cabalæ genere moderni utuntur Hebræi, sed alio, ubi nempe per similitudinem rerum, vel per characterum artificiosam in supputatione arithmetica æquipollentiam certam ac ratam speq; non fallacem eventuum futurorum, & prophetici sensus conjecturam habere putant: perque ipsarum vocum, quibus scriptura expressa est, dissolutionem, vel diversam acceptionem, vel constructionem, aut divisionem, vel per contextum, retextum, transpositionem, combinationem, aut literarum inter se invicem commutationem, generale ænigmatici sensus velamentum detrahere, divinorumque mysteriorum veritatem indagare conantur, atque per singulos characteres mysteria divina menti Angelorum recondita explicare arbitrantur.

Horum modorum & rationum Cabalisticarum tria sunt genera hodie adhuc in usu, per quæ Hebræi & quidem ex nostris Theologis Hebræorum imitatores qui multum sibi sapere videntur, sacram Scripturam explicare, atque ex singulis dictionibus, vocibus, characteribus, literis & calamistrationibus, non solum singula, sed & multifaria mysteria vel potius deliria, quæ missa facio, elicere nituntur. De quibus etsi plurima ex Hebræorum libris & fragmentis nobis suppeterent dicenda; tamen singula prosequi non fert institutum nostrum. Ne igitur plura polliceri, nihil tamen præstare videamur, aliquas notatu dignas nugas subjungemus, dimißis denique omnibus dissertationibus unico verbo nostram mentem exponemus.

Porro ad institutum redeo. Tria sunt, ut dixi, Cabalistarum S. Scripturam interpretandi, genera hisce terminis תמורה *(permutatio)* נוטריקון *(Notaricon)* גימטריא *(Gematria) insignia apud Hebræos modernos.*

Primum genus quod תמורה *(permutatio) dicitur, in duas divitur species. Prima*

ma dum unius dictionis characteres sibi inuicem transpositi aut permutati aliquid aliud indicare posse videntur. Exempli gratia הבראם *quod (in eorum creari) dictum est, transpositis literis verò refert* אברהם *(Abraham) hinc Cabalistæ moderni concludunt, totum orbem propter merita & singularem in Deum pietatem Abrahami creatum esse. Et dictio* כרוב *(Cherubim) transpositis literis conficit* ברוך *(benedictus) hinc volunt dicere Deum Ter Opt. Max. (benedictum sit nomen ejus) per benedictos istos spiritus, nempè Cherubim, omnis generis benedictiones ad omnes inferiores mundos deducere velle.*

Altera hujus permutationis species est literarum Alpha-bethi permutatio & hoc ita sit ut prima litera א *cum omnibus & omnes literæ cum* א *permutentur, de qua Rabi Moseh Botrill. super c. 2. sect. 4. pag. 1. libri Formationis. Et Rabi Eleasar super eandem sectionem eod. fol. pag. 2. longo sermone tractat & 242 partes, Ziruphim seu conjugationes describunt. Quos Ioannes Morinus Blesensis in libro cui inscriptio* EXERCITATIONES ECCLESIASTICÆ *in utrumq; Samaritanorum Pentateuchum fol. 173. Exercitat. 2. cap. 7. formalia libri* FORMATIONIS *depravatè citando insequitur, cujus verba cum in meo exemplari non extent; vel erroris Typographici vel alius cujusdam defectus arguenda esse videntur, aut nova & diversa protenus editio erit, quæ nondum ad meas pervenerit manus; eo quod quatuor versus adjecit qui in meo exemplari non inveniuntur. Priusquam tamē primi generis secundæ speciei manus nostra subducatur unicum risu dignum subjiciemus delirium. Nimirum mihi nomen est* IOANNES STEPHAN. RITTANG. BAMBERG. *quod si ergo ex suprapposito hoc nomine aliud nomen nempè* BENEDICTVS DE MONTE ORO BARABRANTO *elicere conatus fuero, ut id ex minori omnium tabula per Ziruph seu conjugationem seu partem centesimam quinquagesimam septimam fiat necesse est, in qua litera* א *transmutatur in* ב*, & vice versa* ב *in* א *&* ג *in* ד*, è contra* ד *in* ג*, & sic deinceps. Vtuntur vero hoc Cabalæ genere Primo in edendis libris quibus nomina sua ita occultata Authores præfigunt, ne cuilibet sed Cabalæ tantum perito innotescant. Exemplo sit nobis Author Maaseh Thora, & Rabi Klonimos, & Author libri Tureh Sahabh, &c. Idem genus familiare est his qui carminibus suis, quæ in honorem Authorum composuerunt, nomina transpositis aut permutatis literis apponunt, ut videre est in libro de proprietatibus animalium, & in plurimis meis scriptis & carminibus ubi aliquando Benedictus de monte oro Barabranto, aliquoties etiam Nathan Nestoli Pragetius invenies. Tertio ita subscribunt etiam eo modo nomina sua in libris è longinquo mittendis quarum interceptionem verentur. Notandum est si semel ipsis aqua hæreat, nec ex una Cabalæ specie somnium suum exponere poßint, periculum faciunt in altera tertia vel sequentibus conjugationibus, donec tandem ad illam perveniant quæ idem ipsorum somnium referat atq; repræsentet. Non est quod frustrationem vereri debeant cum bis mille sedecim ipsis notißimæ partes, Ziruphim seu conjugationes in tabula minori suppetant, ut tamen cæteras tabulas & conjugationes, com-*

binationes & commutationes, quas nec ipsorum intellectus capere nec memoria servare potest omittam. Cæterum cum sæpè usu veniat ut una literarum redundet vel deficiat, hanc sibi licentiam, non absimiles nostris Poëtis, proprio ausu sumpserunt, redundantem literam removendi, vel defectum unius additione alterius supplendi. De his ambabus primi generis speciebus satis verba fecisse videor.

Secundum argumenti genus גמטריא *(Gematria) in hoc consistit, quando unius dictionis characteres per æquipollentiam supputationis Arithmeticæ ad eundem numerum cum altera excrescunt. Atque hoc certè non minus ac primum videtur esse delirium, adeoq; uno verbo si modo possemus absolvere vellemus; Et quidem hujus generis plurima ridicula, libri B. Lectori penitus incogniti innumeris mendis scatentes, nobis uberrimè suppeditarent; Ne verò minutulis in rebus inhærere judicemur, tædiumque Lectori creemus, ex plurimis aliqua tantum deliria subjungere animus est. Exemplo nobis primo sit vetus illa Hebræorum superstitio: Deum mille generationes initio creare voluisse quæ universam terram inhabitarent & colerent. Quia verò primus statim è generationibus istis Adam, præceptum de non comedendo pomo transgrediendo, Creatorem suum graviter offendisset, pœnituisse dicunt Deum hujus sui decreti, & posthabitis cæteris omnibus tot solum familias in actum producendas sibi retinuisse, quot sanctißimum nomen* יהוה *comprehenderet & complecteretur (nempè 26.) Et quidem hæc 26 generationum productio solis Iudæis communis ab Adamo cœpit, in exitu verò Israelitarum ex Ægypto secundum ipsorum traditionem desiit & cessavit. Gentiles autem omnes exanimi vivebant præter eos, qui ad Hebræorum deficiebant religionem. his enim, ut Iudæi volunt, communicabatur anima quædam ex illis 974 generationibus, quas Deus primitus posthabuerat. Id quod fusius deducitur in libro* כונת האר״י *& libro* פלג מים חיים *inscripto; in quo ita disseritur; Omnis peregrinus, qui Iudaicam amplectitur religionem, nanciscitur animam ex 974 generationibus, quæ prius excisæ fuerant. Et latet hic mysterium; dictio namque* גר *(peregrinus) per supputationem arithmeticam idem facit quod verbum* ברא *(creavit)*

hoc modo:

3	*conficit*	ג
200	——	ר
203		

Idem computus elicitur ex literis verbi ברא *in hunc modum:*

2	*Conficit*	ב
200	——	ר
1	——	א
203.		

 Exinde

Exinde concludittur, tunc gentili, quando scilicet Iudæis se associat, creari animam talem, quæ ab ortu mundi tot annis abhinc nondum creata extiterit, sed antea tantum ambulaverit in perditione sua cum reliquis 974 generationibus: Israelitis enim, quamdiu fuerunt in Ægypto ad promulgationem Legis usque, communicabantur animæ ex illis 26. generationibus quæ remanserant. Unde patet, Israelitas animas habuisse ejusdem gradus & dignitatis cum 974 generationibus. Et hoc vult scriptura dicere per versum illum ואתם ידעתם את נפש הגר כי גרים הייתם בארץ מצרים. (Vos scitis animam peregrini, quia peregrini fuistis in terra Ægypti, Exod. c. 23. v. 9.) Hoc est: Vos scitis, qualem animam habeat peregrinus, nempe quod ipsi sit anima ex 974 generationibus, unde & vos accepistis animas vestras, quamdiu in Ægypto fuistis, quia etiam peregrini fuistis in terra Ægypti, sicuti scriptura testatur. יתרו (Iethro) autem & primum peregrinum, & eum qui animam primam ex 974 generationibus obtinuit, fuisse fingunt, Nec est, ajunt, quod objiciatur, Abrahamum ipso priorem fuisse: eò quod Abraham animam ex 26. istis generationibus, quæ jamdudum in actum producta erant, habuerat. Hinc etiam numerus iste 974 continetur in nomine יתרו. (Iethro.) etenim si nomen יתרו (Iethro) quatuor literæ in plenitudine & potestate integrè scribantur hoc modo יוד ריש תיו ויו fiunt inde 968 junctisq; huic numero sex unitatibus juxta 6 appellationes, quibus in S. Scriptura idem denominatur nempe רעואל יתרו חובב חבר קני פוטיאל summa erit 974.

Hoc modo, literæ nominis יתרו (Iethro) sunt quatuor quarum prima י (Iod) in plenitudine sua sic scribitur יוד & per artificiosum Gematricon genus Cabalistarum

10 Conficit י
6 —— ו
4 —— ד

Secunda litera ת (Thau) in plenitudine & potestate sic scribitur תיו, quarum prima litera

400 Conficit ת
10 —— י
6 —— ו

Tertia litera ר (Resch) sic scribitur ריש, quarum prima

200 Conficit ר
10 —— י
300 —— ש

Quarta ו (Vau) in plenitudine & potestate sic scribitur ויו, prima harum

6 facit ו
10 —— י
6 —— ו

Et sic

Et ſic per additionem omnium harum literarum reſultat numerus 968 *uti ex appoſita figura apparet,*

10	*facit*	י
6	——	ו
4	——	ד
400	——	ת
10	——	י
6	——	ו
200	——	ר
10	——	י
300	——	ש
6	——	ו
10	——	י
6	——	ו
968		

Deſunt ſic 6. *unitates ad ſupplendum ſupradictum numerum* 974 *animarum poſthabitarum, quas expleas ſi pro ſingulis* 6 *Iethro nominibus quibus in ſcriptura appellatur, totidem unitates addideris.*

Cæterum extat apud Iudæos oratio quotidiana קרית שמע *(lectio Audi) dicta: (ſic enim mentionem faciunt in ſuis libris illius lectionis quæ habetur Deut.cap.6.v.4. ubi textus ſic à capite incipit* שמע ישראל ה' אלהינו ה' אחד *(Audi Iſrael Dominus Deus noſter Deus unus eſt) Quam lectionem pro oratione Hebræi ſæpè recitare ſolent & mane & veſperi maxima cum attentione) in qua* 120 *literæ duplicatæ inveniuntur, pronunciatione accuratè à ſe invicem diſcernendæ, & diſtinguendæ. Niſi enim quis hoc fecerit, obnoxius erit, ut ipſi tradunt,* 120 *pœnis, quæ per artificioſam Cabaliſtarum conjugationis tranſpoſitionem reſultant ex* 120 *conjugationibus Attributi* אלהים *(Elohim.) Eſt enim eis communis regula, quod quinque lapides conficiant* 120 *domos. Hinc duæ proprietates una in regno ſanctitatis* צל *(umbra) altera viciſſim in regno impuritatis literis tranſpoſitis* לץ *(deriſor,) dicta: quarum quælibet ſeorſim per ſupputationem Geomatricam facit* 120. *Inde Com. in Vajikra Rabba ſect.*1. *illa Ioel.*14. *v.*5. *verba* ישובו יושבי בצלו *(revertentur habitatores in umbra ejus) iſti, inquit, ſunt peregrini, qui veniunt & fiducaim quærunt in umbra Dei ſancti. Exinde quoque ſequi, quod peregrini ad proprietatem & virtutem* צל *(umbræ) admittantur. Idque S.Scripturam Chron.*1. *c.*29. *v.*15. *exprimere hiſce verbis:* כי גרים אבחנו לפניך כצל יומינו *(quia peregrini nos coram te, ſicut umbra dies noſtri ſupra terram) quaſi dicat; eò quod peregrini nos, eſt nobis fiducia & aditus ad umbram ſanctitatis. Quocirca dicitur in Medraſchim deriſor, id eſt, Amalek contundetur, & ſimplices, id eſt Iethro, fient ſapientes. Mens enim Iudæorum hæc eſt,*

cuilibet

cuilibet nationi aßignatum esse principem vel Angelum tanquam Rectorem in cælis, succumbente verò illo vel victo in cælis nationem istam succumbere etiam in hoc sublunari orbe. Vnde succumbente principe vel Rectore Amalekitarum in cælis, ipsam quoque nationem omnium peßimam in terris succubuisse. Antequam enim cecidit Amalek, non integrum erat Iethroni tanquam peregrino fieri Iudæum. Peregrini enim habebant apprehensionem in virtute צל (*umbræ*) *prævalebatque tum temporis virtus* ליץ (*derisoris*) *Amalekitarum nempè à parte regni immunditiæ. Constat verò quod Regnum sanctitatis & regnum immunditiæ se respiciant ut opposita, dum enim hic prævaluit, alter occubuit, & posteaquam debilitata est virtus* ליץ (*derisoris*) *regni immunditiæ, prædominium nacta est virtus* צל (*umbræ*) *regni sanctitatis, factusque est Iethro Iudæus, & apprehendit fiduciam virtutis* צל (*umbræ*) *regni sanctitatis. Et hoc est quod dicitur de lapsu Hamani Esther. cap.* 8. *v.*16. ורבים מעמי הארץ מתיהדים (*Et multi populi terræ facti sunt Iudæi. Hoc est postquam infirmata est proprietas* ליץ (*derisoris*) *regni immunditiæ, & prædominium nacta est virtus* צל (*umbræ,*) *multi facti sunt Iudæi. Postquam enim cecidit princeps vel Rector gentis Amalek in cælis in regno immunditiæ, ipse quoq; Haman & natio ejus cecidit in terra & prædominium nacta est virtus* צל (*umbræ*) *sanctitatis, & tunc multi facti sunt Iudæi, virtutemque* צל (*umbræ*) *sanctitatis apprehenderunt.*

Tertium genus per quod Sacram Scripturam contra intentionem spiritus sancti in peregrinum sensum detorquere conantur נוטריקון (Notaricon) *dicitur. Et contingit dupliciter.* Primo *dum distinctarum dictionum literas initiales, medias vel finales combinant, ut ex iis in unum combinatis commodum aliquem sensum elicere posſint.* Secundo, *sedulò inquirunt, num dictiones in hoc textu propositæ in aliis quoque locis occurrant, tumq; ad aliarum vocum, cum quibus constructæ reperiantur, significationem attendunt; eandemque dictionibus suis stultè affingunt.*

Hac itaque specie utuntur, dum, ut supra dictum est, juxta suum delirium è scriptura mysterium in hunc modum elicere satagunt. Exemplo sit locus de עשו (*Esau*) *de quo scriptura, ipsum venatorem è campo rediisse dicit: hinc per Cabalam alium longè diversum proferunt sensum, quod Esau tria peccata commiserit: & quidem huic sensui ex stultâ quadam superstitione parem fidem tribuunt, non secus ac si re ipsâ quoque contigisset. Sic in Genes. legitur: Quod Isaac progenitum suum vocaverit Esau.* ויקראו שמו עשו (Et vocarunt nomen ejus Esau) *Gen.c.*15.*v.*15. *Quare verò hoc nomen ipsi imposuerit, causam hujus Prophetam Malachiam cap.*1.*v.*7.*indigitare dicunt his verbis* ואת עשו שנאתי (Et Esau odio habui) *utpote quorum perinde ac prædictorum initiales literæ nomen* (*Esau*) *constituunt. Hujus autem odii divini erga Esau causam innotescere dicunt ex verbis* ויבא עשו מן השדה והוא עיף: Et venit Esau de agro *Gen. c.*25. *v.* 29. *utpote quæ secundum mentem Authoris libri Medrasch Rabbæ inscripti, sectione* תולדות (*Tholdoth*) *tria Esaui peccata eodem die commissa indicent atque significent; quorum primum*

mum, furtum esse probant ex verbis Obadiæ c.1.5. אם גנבים באו לך *(si fures venient ad te) quod vocabulum* ויבא *(& venit) quod in Genes. c. 25. v. 29. cum Esau extat, in Obad. c. 1. v. 5. cum voce* גנבים *(furibus) conjunctum reperiatur. Secundum peccatum esse dicunt, quod eodem die virginem jam desponsatam vi stupraverit, idq; ex vocabulo* שדה *(ager). Cæterum quia vocabulum* שדה *(ager) unde rediisse dicitur Esau, sicuti verba supradicta sonant* ויבא עשו מן השדה (Et venit Esau de agro) *etiam Num. cap. 22. v. 25. & 27. ubi stuprum cum desponsata prohibetur, extat; concludant inde, etiam ipsum Esavum stuprum cum desponsata perpetrasse. Deniq; cum ultima dictio* עיף *(fessus) sæpius citati v. Gen. 25.* ויבא עשו מן השדה והוא עיף *(Et venit Esau de agro & ipse fessus &c.) Ieremiæ vocabulo c. 4. v. 31.* להרוגים *(occisis) junctum inveniatur, ipsum Esau etiam homicidii arguere non verentur, suæq; dementiæ patrocinium insuper quærunt ex initialibus literis trium citatorum de Esau vocabulorum* ויבא שדה עיף *quippe quæ combinatæ nomen* עשו *(Esau) conficiunt atque componunt.*

Atq; ita dixisse sufficiat de variis interpretandi Sacram Scripturam generibus, quæ variarum quoq; inter Iudæos sectarum & turbarum causæ fuerunt, nec tam altercationes verborum & convitia, quam cædes, incendia, & alias persecutiones crudelißimas moverunt. Prodigiosum enim foret narrare pertinax illud & obstinatum Pharisæorum odium in Samaritanos, vel communi nomine קראים (Textuarios) *hac de causa tantummodo conceptum, quod Samaritani seu Textuarii omnes humanas Traditiones rejicientes in solo Scripturæ textu acquiescunt; atque illud odium hactenus longo tempore auctum ita in animis furit, ut etiam morte extinctum non sit; sed in posteros transit sicut ignis, quamdiu materia occurrit, non cessat depascendo; sic & illud odium, quamdiu hæ duæ sectæ contrariæ viguerunt, sæviendo: Adeo, ut ausim dicere, quanquam istorum hominum animos maximè torqueat auri sacra fames, longè tamen plura & horribiliora facinora ab eis patrata esse religionis causa, quam lucri aut proprii commodi cupiditate. Christiani namq; vel Turcæ, non ita abominabiles sunt Pharisæis, ac ipsos Samaritanos seu Textuarios abominantur atque execrantur. Hujus autem rei ex multis unicum admirandum exemplum ob oculos ponemus. Inter Pharisæos enim sub pœnâ anathematis cautum est, ne quis Textuariorum in ipsorum cætum admittatur. Quod si ergo contingit, ut Textuarius in suâ fortè conscientiâ convictus ad Pharisæos transire velit; ipsum tamen, ne à lege anathematis recessisse videantur, inter suos referre non dignantur, nisi denegatâ Textuariorum religione ad Turcarum fidem defecerit, aut per Baptismum Christianus prius factus fuerit. Cæterum quamvis eâdem pœnâ plectantur, & sub pari jugo constituti sint omnes; tamen in hunc usq; diem in se invicem sævire non desinunt, sed quicquid à Samaritanis, in divinam licet gloriam, confit ac paratur ut prophanum detestantur, vel ipsorum etiam (minus tamen circa Christianorum ac Turcarum arte facta ita religiosi) coria & pergamena, quibus lex inscribatur, indignè judicantes. O detestabile, ô ruinosum, ô maledictum odium!*

Quæ unquam natio adeo barbara fuit, quæ tam insanam, brutam & maledictam opinionem non horruerit? & tam furibundum, detestabile & ruinosum odium non detestata sit? Multa adhuc ex variis ipsorum codicibus adducere possemus, sed temporum brevitas & festinans institutum hoc nostrum id permittere noluit. Tanta enim ex eorum fragmentis contrarietas apparet & diversitas, ut vix spatium unius anni iis recensendis sufficiat. Inspiciat si cui placuerit libros Talmudicos. Librum Schülchan Aruch, Maheril, Lebbusch, Arba Thurim, magnum illum Alphusium inspiciat librum deniq; de Comprivignis à me conscriptum, & alios, ubi tot millia millium divinæ legi contraria & repugnantia Rabinorum dogmata à Iudæis nostrarum regionum incolis accepta, à Castilianis verò, Ierosolymitanis, Babelianis, Italis reprobata inveniuntur. Et quid mirum, si inter tot nationes locis, linguis, corde, opinione & moribus à se invicem, absque rege & grege distincti, cordibus duritia, peccatorumque malitia (propter quæ hæc omnia illis contigêre) obstinatis, ac indies magis magisque induratis, tot insanas opiniones foverint, in summumque dementiæ ac inscitiæ genus devenerint? Quid dicam de Masoretharum perturbationibus? eò enim deventum est, ut Masoretica lectio tota erroribus obnoxia, & omnibus ferè Iudæis, paucis excellentioribus Rabinis, eò quod tota de abbreviaturis tractat, exceptis, peregrina, & coram oculis eorum abscondita, ac veluti somnium sit, cujus nullus est interpres, nihilq; aliud habet, quam quoties unaquæque dictio in lege, in prophetis, in hagiographis habetur inquirat, atq; ex locis illis in unum cusis, commodum aliquem sensum & contextum repræsentet. Aliquando quædam omittere monet, aliquando in alium locum transponere, modo universa præterire: nunc permutationis vel combinationis generum speciebus utitur, modo Gematrico genere; aut literarum inter se invicem commutatione, modò Notarico artificio, contextum rerum quærit. O caducum præsidium! O ruinosum propugnaculum! O labile fidei fundamentum! non fortissimas & inexpugnabiles rationes! Quis huic truncato & mutilato septo dabit sepem? Quis fundamentum huic fundamento? Quis propugnaculum huic propugnaculo? Inde devenit, ut à sana interpretatione Sacræ Scripturæ, & à saluberrima Spiritus S. mente recedentes, vanas opiniones hauserint, tandemque in multifarias Idololatrias inciderint. O sortem! ô mortem! vel ipsis hostibus eorum deplorandam! Hæc enim cum ipsis Rabinis primævorumque Hebræorum Theologis, qui verâ scientiâ, uti ex hoc & aliis eorum libris apparet, imbuti fuerunt, improbo, & dico, Sacram Scripturam secundum literam perfectè, Grammaticè & regulariter esse intelligendam, non Gematricè, Notaricè aut Permutative varietate mysteriorum implicatam. Quod etsi aliquando tales rationes adhiberi possint ad ostendendum multiplices divinæ Sapientiæ divitias, tamen fidem in rebus ignotis circa fundamenta religionis per se facere non possunt.

SEMI-

SEMITA XII.

הנתיב הי״ב:

Vocatur Intelligentia claritatis: & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſa ſpecies MAGNIFICENTIÆ, quæ vocatur חזחזית qui dicitur locus de quo oritur viſio videntium in apparitione. *(hoc eſt vaticinium vatibus in viſione.)*

נקרא שכל בהיר ונקרא כן מפני שהוא עצם האופן הגדולה הנקרא חזחזית פי׳ מקום מוצא חזיון החוזים במראה:

Rabi Abraham F.D. dicit:

אמר הראב״ד:

Semita duodecima vocatur Intelligentia claritatis: Et vocatur ita, quoniam illa eſt ipſa apparitio per quam omnes videntes, id eſt, ad profunditatem (*a*) QVADRIGÆ pervenientes, (*omneſque*) Prophetæ vident (*viſionem*) in ea. Et vocatur modus MAGNIFICENTIÆ, eò quod in viſione comprehenduntur inferiora & ſuperiora & omnia exiſtentia. Et hæc eſt myſterium claritatis quæ in cælis eſt & vocatur חזחזית juxta illud Num. c. 24. v. 16. Et viſionem omnipotentis videbit.

הנתיב הי״ב נק׳ שכל בהיר ונקרא כן מפני שהוא המראה אשר כל החוזים ר״ל יורדי המרכבה והנביאים חוזים בו ונקרא אופן הגדולה לפי שבמראה כלולים עליונים ותחתונים וכל הנמצאי׳ וזהו סוד בהיר הוא בשחקים ונקרא חזחזית על שם ומחזה שדי יחזה:

RITTANGELIVS.

(a) *Myſterium* QVADRIGÆ *ſeu* CVRRVS *Hebræis multiplex & varium eſt ſumma tamen quadriga & ſummus omnium currus teſte lib. manuſcripto* סוד מרכבה עליונה *ſignificat tres in Divinitate* EXISTENDI MODOS *ſeu* TRES SVPERIORES NVMERATIONES, CORONAM *inquam* SVMMAM, *quæ ex ſummæ miſericordiæ & infinitatis ſuæ delubro ab omni æternitate producit* SAPIENTIAM, SAPIENTIA *in penetralibus ſummè gratuitæ miſericordiæ immanens, emanare facit* INTELLIGENTIAM; *ita tamen ut* SAPIENTIA & INTELLIGENTIA *à* CORONA SVMMA *emanantes, incomprehenſibili & ineffabili quodam modo in inacceßibili Deitatis, infinitatis, atque incomprehenſibilitatis gremio tanquam in* QVADRIGA *ſeu* CVRRV *fælicißimo ſuo fruantur otio. Hanc trium* NVMERATIONVM *ſuperiorum, ſeu ſubſiſtendi modorum*

TRINITATEM, *hanc eorum* ESSENTIÆ *simplicissimam & summè perfectam* VNITATEM, *à qua omnia entia vera & bona sunt, omnium rerum primam, unamque incomprehensibilis & ineffabilis infinitudinis, in remotissimo Deitatis recessu & in fontani luminis inaccessibili abysso sese retrahentis & contegentis coronam vocarunt* CVRRVM *seu* QVADRIGAM *omnium superiorem, eò quod essentia divina tribus illis subsistendi modis communis est, communis etiam & æqualis honoris & dignitatis gradus, uti apparet tum ex Rabi Isaschar Beer filii Mosis Pesachii, libro* IMRI BINAH *inscripto, in hanc mentem præfixo carmine quod sequitur.*

1 Qui VNVS est in INTELLIGENTE, INTELLECTV & INTELLECTO; glorificatus

Sanctitate, fecit emanare luces, easque in tres emanationum ordines ordinavit. Testatur id VNAQVÆQVE earum, DECEMQVE NVMERATIONIBVS sepitur.

2 TRIA, *sunt*, PRIMARIA vel PRIMORDIALIA capita & coæterna; idque testatur splendor eorum: NVMERATIONESQVE INTELLECTVALES in æternum TRINITATEM Regis testantur.

3 Nomen ejus absconditum, est anima NVMERATIONVM absconditarum, & vivum stabilimentum &c.

4 SVMMA mysterii earum, est EMANATIO *mundi Archetypi.* CREATIO *mundi Intellectualis vel Angelici.* FORMATIO *mundi cælestis sive stellati,* & FABRICA *mundi minoris seu elementaris.*

Omnium essentiarum & emanationum stabilimentum super illud,

Honor ejus *supra* in altitudine *cælorum,* & infra in profunditate terræ.

5 Excelsus, sublimis, totus intimè misericors.

Probatus sermo ejus: in SAPIENTIA, miserationum sermonibus supra stabilivit portas,

Tum ex hoc ipso Abrahami libro Iezirah inscripto, qui cæteris omnibus Rabinorum scriptis, arte, difficultate & ætate mihi videtur præferendus; tum ex aliorum Rabinorum scriptis & fragmentis. Verum enim verò, cum nostrorum literatorum quidam prædictum hunc librum, Rabi Akibæ nobilissimis ornatum scholiis, assignent, ne præsumptionis arguar, me nihil aliud quam id velle, testor, ipsos Iudæos in hodiernum diem confiteri, hanc Akibæ professionem Abrahami quoque fuisse. Sic verò dicit cap. 1. sectione 9. fol. 49. columna 1.

Vnus est Spiritus Deorum viventium, benedictus ipse & benedictum sit nomen ejus qui vivit in secula. VOX & SPIRITVS & VERBVM, & hic est SPIRITVS SANCTVS. Aha-

אחת רוח אלהים חיים ברוך
הוא ומבורך שמו של חי עולמים
קול ורוח ודבור זהוא רוח הקדש:
הרב

R. Aharon magnificus ille & eminentissimus Cabalista, caput & singulare ornamentum totius Babylonicæ Synagogæ sic verba ista interpretatur: Vox id est, VOX DEORVM VIVENTIVM, Deut. cap. 5. v. 17. *Spiritus id est, & SPIRITV oris ejus omnis virtus eorum, (nempe cælorum)* Psal. 33. v. 6. VERBVM id est, VERBO DEI *cæli facti sunt* Ibid. Psal. 33. v. 6. Et non invenietur Vox sine SPIRITV & VERBO, quia unus est SPIRITVS.

הרב ר׳ אהרן הגדול ראש ישיבת בבל: קול כנגד קול אלהים חיים: רוח כנגד וברוח פיו כל צבאם: דבר כנגד בדבר יי׳ שמים נעשו ולא ימצא קול בלא רוח ודבור:

Moseh Botril fol. 50. col. 1. c. 1. sect. 10. libri Iezira: Duo SPIRITVS ex SPIRITV: hoc est, SPIRITVS de SPIRITV vult dicere SPIRITVS procedens de SPIRITV DEORVM VIVENTIVM qui est SPIRITVS SECVNDVS & in eo creatum est superius & inferius & quatuor *mundi* plagæ, sicuti explicetur loco suo.

משה בוטריל ד׳ נ׳ ע׳ א׳ פ׳ א׳ מ׳ י׳ ס״: שתים רוח מרוח ביאור רוח מרוח הקדש ר״ל רוח היוצא מרוח אלהים חיים היינו רוח שניה ובה נברא רום ותחת וארבע רוחות כדמפרש לקמן:

Rabenu Saadiah Ha Gaon Princeps Cabalæ seu Philosophiæ Divinæ Speculativæ: Vnus est, *inquit*, Spiritus Deorum Viventium, qui est, Vox & SPIRITVS & VERBVM, absque similitudine & forma. Principii EORVM non est apprehensio seu investigatio, & extremitatis EORVM non est finis. Hac ex parte emanat honor EIVS super Cherubim Vnitum, super solio gloriæ.

רבינו סעדיה הגאון הראש הגדול בפילוסופיא אלהית אחת רוח אלהים חיים שהיא קול ורוח ודבור בלי דמות ובלא צורה לראשיתן אין חקר ולאחריתן אין תכלית ומשם אצל כבודו על הכרוב המיוחד על כסא הכבוד:

R. Iehudah Levi: NVMERANS, NVMERVS & NVMERATVM: Per terminũ NVMERANS describi, *ait*, ponde-

הרב רבי יהודה הלוי ספר וספור וספר רצובו בספר השער והפ

ponderationem apud ſe & dimenſionem corporum creatorum, quia convenit quod dimenſio illa *exiſtat* quouſque corpus ordinetur, diſponatur & ad id propter quod creatum eſt, convenienter diſponatur, non ſit niſi in menſura, numero, pondere, dimenſionibus, diſpoſitionibus motuum *vel operationis* & ordine harmoniæ, adeo omnia ut ſint ſub numero. Vult dicere NVMERANS: ſi videres architectum quendam non exibit de manu ejus domus, quouſque animo ſuo formam illius prius delineaverit. Per NVMERVM, deſcribi *dicit*, VERBVM & VOCEM: ſed hoc, *inquit*, eſſe intelligendum de VERBO DEI & de VOCE VERBI DEORVM VIVENTIVM. Et illi VERBO DEI adſociata fuit exiſtentia diſpoſitionis & imaginis, de qua dicitur: ſicuti dixit Gen. I. v. 3. *Fiat lux, & facta eſt lux: fiat expenſum, &c.* Neque prodit Verbum ut non res ipſa ſimul exiſtat. Per NVMERATVM intelligi, *dicit*, SCRIPTVRAM: Et SCRIPTVRA DEI eſt delineatio ſeu forma ejus & VERBVM DEI eſt SCRIPTVRA ejus, & PONDERATIO DEI eſt VERBVM EIVS. Ecce habes myſterium NVMERANTIS, NVMERI & NVMERATI, quæ in gremio abyſſi DIVINÆ ESSENTIÆ VNVM, in gremio autem humano TRIA ſunt:. quia ipſe ponderat intellectu ſuo, & loquitur ore ſuo, & ſcribit manu ſua.

והפלס בגופים הנבראים כי השעור עד שיהיה הגוף המסודר ערוך ראוי למה שנברא לו לא יהיה כי אם במנין והמדה והמשקל והמשורה וערך ה התנועות וסדור המוזיקא הכל במנין ר״ל ספר כאשר אתה רואה הבונה שלא יצא מתחת ידו בית עד שיקדים ציורו בנפשוי ורצה בספור הדבור והקול אבל הוא דבור אלהי וקול דברי אלהים חיים יחובר בו מציאות התכונה והתמונה אשר דובר בה כמו שאמר יהי אור ויהי אור יהי רקיע ולא יצא הדבור עד שנמצא המעשה וספור ר״ל המכתב ומכתב אלהי׳ הוא ציורתו ודברי אלהי׳ הוא מכתבו ושעור האלהים הוא דברו והנה סוד הספר והספר והספור בחק האלהים דבר אחד ובחק האדם שלשה מפני שהוא משער בשכלו ומדבר בפיו וכותב בידו:

R. Moſeh filius R. Nachmanni dicit: CORONA SVMMA quæ eſt Primordialis eſt SPIRITVS DEORVM VIVENTIVM & SAPIENTIA ipſa eſt SPIRITVS de SPIRITV & INTELLIGENTIA AQVÆ ex SPIRITV.

רבי משה ברבי נחמון אומר: כת׳ עליון שהוא קדמון הוא רוח אלהים חיים והחכמה היא רוח מרוח והבינה מים מרוח:

R. Abraham F. D. fol. 50. col. 3. c. 1. ſect. 10. libri Iezira: INTELLIGENTIA vocatur SPIRITVS de SPIRITV & vocatur "מי" ſicuti dicitur Iſai. 40. v. 14. "מי" conſuluit & inſtruxit eum & dicit quoque ibi v. 13. "מי" inſtruxit: SPIRITVM DOMINI. SPIRITVM DOMINI propriè & ſunt SAPIENTIA & INTELLIGENTIA, & intellige hoc & SPIRITVS VNVS EX ILLIS.

הראב״ד ד׳ נ׳ ע׳ ג׳ פ׳ א׳ משנ י׳ ס״: הבינה נקראת רוח מרוח ונקרא מ״י שנאמ׳ את מ״י נועץ ויבינהו ואמר מ״י תכן את רוח ה׳ רוח ה׳ ממש והם חכמה ובינה והבן זה ורוח אחת מהן:

Moſeh Botril fol. 50. col. 4. c. 1. ſect. 10. libri Iezirah adducit mentem R. Reuben Hiſpani hac lingua: SPIRITVS quoque in ſecunda NVMERATIONE. Si ita? Duæ iſtæ NVMERATIONES vocantur nomine SPIRITVS ad oſtendendum in ipſis dignitatem earum & magnificentiam earum, ſed NVMERATIO prima vocatur SPIRITVS SANCTVS, & ſecunda NVMERATIO vocatur SPIRITVS, & hoc id ipſum eſt SPIRITVS DOMINI loquutus eſt in me.

משה בוטריל ד׳ נ׳ ע׳ ד׳ פ׳ א׳ משנ׳ י׳ ס״ הביא דעת הרב ר׳ ראובן הספרדי בזה הלשון רוח גם בספירה השנית א״כ שתים הספירות נקראות בשם רוח לרמוז תוכן מעלתן וגדולתן אבל הספירה הראשונה נקראת רוח הקדש והספירה השנית נקר׳ רוח וזהו רוח ה׳ דבר בי:

Moſeh Botril fol. 51. col. 1. & 3. cap. 1. ſect. 10. libri Iezirah: Tres, *Spiritus*, AQVÆ ex Spiritu: vult dicere, AQVÆ ex Spiritu; Spiritu inquam qui procedit de Spiritu Spiri-

משה בוטריל דף נא׳ ע׳ א׳ וג׳ פר׳ א׳ משנ׳ י׳ ס׳ יציר׳ שלש מים מרוח ר״ל מים מרוח רוח היוצא מרוח

Spiritus Sancti, qui est Spiritus tertius de Creatore, benedictus sit ille: ex isto creatæ sunt aquæ & hoc est mysterium Gen. cap. 1. v. 2. *Et Spiritus Domini ferebatur super faciem aquarum.* Spiritus Domini est primus, facies aquarum Secundus, Aquæ tertius, exaravit & exsculpsit in ipsis inane & vacuum, lutum & cœnum, hoc est aquas.

מרוח של רוח הקדש היינו רוח שלש מן הבורא ית׳ וממנו נבראו המים והיינו סוד ורוח אלהים מרחפת על פני המים: רוח אלהים זו הראשונה פני המים זו השניה· מים זו השלישי חקק וחצב בהן תהו ובהו רפש וטיט היינו מים:

R. Abraham F. D. fol. 51. col. 2. cap. 1. sect. 10. libri Iezirah. Tres, *Spiritus*, Aquæ ex Spiritu sicuti dicitur Psal. 147. v. 10. *Flabit Spiritus ejus, & fluent Aquæ.* & hæ sunt Aquæ misericordiæ sicuti dicitur: *Et Spiritus Domini ferebatur super faciem aquarum.* Gen. cap. 1. v. 2.

הראב״ד דף נ״א ע׳ ב׳ פר׳ א׳ משנ״י ס׳ יציר׳ שלש מים מרוח כדא׳ ישב רוחו יזלו מים והם מי החסד שנא׳ ורוח אלהים מרחפת על פני המים:

Rabenu Hoay: Numeratio secunda haurit affluentiam suam à Mente & propterea scripsit de ea exaravit, id est, *terminus* Exarationis *attribuitur ei.*

רבינו האיי ספירה השניה דולה השפעתה מהמחשבה ולכך כתב בה חקק:

Mosch Botril fol. 49. col. 1. c. 1. sect. 9. libri Iezira: Vnus est Spiritus Deorum Viventium (hoc est) ipsiusmet Creatoris. De ipso *enim* producuntur omnes Spiritus (Benedictum & plusquam benedictum sit nomen ejus) Quia nomen ejus ille ipse est. Quod nomen ejus est יהוה, & hoc ille ipse est, in conjugatione *vel combinatione* mysterii supputationis, ipse summè unus est. Vox & Spiritus & Verbum erga

משה בוטריל ד׳ מ״ט ע׳ א׳ פ׳ א׳ מש׳ ט׳ ס״י: אחרת רוח אלהים חיים: רוח אלהים חיים היינו הבורא עצמו ממנו הושתו כל הרוחות ברוך ומבורך שמו כי שמו הוא עצמו שהרי שמו ידוד והוא עצמו בצירוף סוד החשבון הוא יחיד קול רוח ודבר כנגד רוח אל

erga SPIRITUM DEORUM VIVENTIUM: TRES in mysterio erga TRES. & hic est SPIRITUS SANCTUS: Dicitur quoque quod hæc NUMERATIO sit dignior aliis NUMERATIONIBUS & vocatur SPIRITUS SANCTUS, ratione celsitudinis suæ, quia nulla sublimitas seu celsitudo sicut ejus *celsitudo.*

אלהים חיי׳ שלש בסוד כנגד שלש וזה רוח הקדש לומר שזאת הספירה היא היקרה משאר הספירות ונקראת רוח הקדש לסבת רוממותה שאין רוממות כמוהו׃

In libro Tykuneh Zohar inscriptio Tykun 42. fol. 84. col. 1. & 2. dicit R. Simeon filius Iochaji Author libri Tykunin: Tres fuerunt ARTIFICES. huc usque, Primus dies, secundus dies, & tertius dies; produxitque opus suum unusquisque. Primo diei dixit ipsi MIRABILIS ille & ABSCONDITUS ARTIFEX, *qui* אין (NON-ENS,) *dicitur*, TOTUM sive CORONA trium Numerationum intellectualium: א *enim prima litera* אין (NON-ENTIS,) CORON. SUMMAM י, *Secunda litera*, SAPIENTIAM ן, *tertia litera* INTELLIGENTIAM *significat*. Dixit igitur unicuique trium dierum ut produceret opificium suum. Dixit primo diei *fiat lux*, statim opus suum produxit & fecit sic, sicut Scriptura testatur: *Et fuit lux.* Et ecce statuerunt quod nulla existat essentia nisi per modum operationis. *Litera* א, vocis "אין, (NON-ENTIS, *prima*) quæ fuit volitans in AERE produxit lucem; י, *secunda litera* expansum *firmamenti*: ן, *tertia litera* "אין (NON-ENTIS) produxit aridam, hoc est quod Scriptura dicit Gen,

בספר תקוני זוהר תקונ׳ מ״ב דף פ״ד עמוד א׳ וב׳ אמר רבי שמעון בן יחאי: דהא תלת אומני׳ הוו עד הכא יומא קדמא׳ ויומא תניינא ויומא תליתאה כל חד אפיק אומנותיה יומא קדמאה אמר ליה ההוא אומן מופלא ומכוסא דאיהו אי״ן כליל תלת ספירן א׳ כתר י׳ חכמה ן׳ בינה אמר לכל אחד דתלת יומי׳ דיפיק אומנותיה ועביד ליה ההד״ ויהי אור והא אוקמוהו דלית הויה אלא על ידי עשיה א׳ מן אי״ן דהוה פרח באויר אפיק אור י׳ אפיק רקיע ן׳ מן אי״ן אפיק יבשה ההד״ ויאמר אלהים יקוו המים מתחת השמים אל מקום אחד ותראה היבשה׃

cap. I. v. 9. *Et dixit Deus congregentur aquæ infra cælos ad unum locum ut videatur arida.*

הראב"ד דף כ"ה עמ' ב' וג' דף כ"ו
ע"ב וג' וברף כ"ז ע"ב והחכמה אמר
מאי"ן תמצא פי' מכ"ע שאינו מושג
מהותו משם היא נמצאת והיא
מציאות יש" מאי"ן אמנ' אין זה
העדר גמור כי לא יתהוה איזה
דבר שיזדמן מאיזה דבר שיזדמן
כל שכן שלא יתהוה יש" מאי"ן אבל
נקרא אין לפי שאינו מושג לא
מצד עלתו ולא מצד עצמו שעלתו
הוא עלת העלות ונקרא האי"ן
קדמון לפי שקדם לעולם ואין
זה דבר גשמי : ואי" זה"ו מקום
בינה פי' כ"ע וחכמה הם סבת

R. Abraham F. D. fol. 25. & 26. col. 2. & 3. & fol. 27. col. 2. in cap. 1. sect. 1. libri Iezirah explicat locum Iob. cap. 28. v. 12. usque ad finem capitis, qui ita habet: (*Et* SAPIENTIA *de* NON-ENTE *invenietur & אי' hic est locus* INTELLIGENTIÆ. *Nescivit homo* ORDINEM *ejus & non invenietur in* TERRA VIVENTIUM. *Abyssus dixit non in me ipsa, & Mare dixit non apud me. Non dabitur* AURUM *purum pro ea, & non ponderabitur* ARGENTO *pretium ejus. Non æstimabitur cum* AURO OPHIR, *cum* ONYCHE *pretioso &* SAPPHIRO. *Non adæquabit eam* AURUM *&* CHRYSTALLUS: *nec permutatio ejus* VAS OBRIZ. CORALLIA *&* UNIO *non commemorabitur, & attractio* SAPIENTIÆ *præ* MARGARITIS. *Non adæquabit eam* SMARAGDUS ÆTHIOPIÆ, *cum auro mundo non æstimabitur.* ET SAPIENTIA *de* NON-ENTE *veniet; & אי' hic est locus* INTELLIGENTIÆ, *& abscondita est ab oculis omnis viventis & à volucri cælorum est occultata. Perditio & mors dixerunt auribus nostris audivimus auditionem ejus, Deus intellexit viam ejus, & ipse cognovit locum ejus. Quia ipse ad fines terræ prospiciet, sub omnibus cælis videbit. Ad faciendum vento pondus & aquas apparavit in mensura. In faciendo eum pluviæ statutum, & viam corruscationi tonitruum. Tunc vidit eam, & narravit eam: præparavit eam, & etiam investigavit eam. Et dixit homini: Ecce* TIMOR DOMINI *ipsa* SAPIENTIA: *& recedere à malo* INTELLIGENTIA.) SAPIENTIA, *inquit*, de NON-ENTE existit, hoc est, de CORONA SUMMA, cujus quidditas non comprehenditur ex illa inquam existit, (SAPIENTIA.) Et illa est existentia ENTIS de NON-ENTE. Verum enim vero non est hæc vera seu perfecta privatio, cum non sit facta illa res quæ accidit ab illa re cui accidit: Quanto magis non est factum ENS de

NON-

מציאו׳ הבינה כי אלף׳ רומז לכ״ע
ויוד״ לחכמה לא ידע אנוש ערכה
פי׳ אם בא אנו״ש פנ״י אדם לחקור
ולידע מהו׳ החכמ׳ איך היא ערכה
בכ״ע הנק׳ אי״ן לא ידע לשום לה
ערך לפי שבאי״ן לא יתפש בו שום
הבדל ולא שום הויה וגם אם
באה שום בריה לחקור על
מציאו׳ החכמ״ה איך היא בארץ
החיים המיוחדת לכ״ע לא יוכל
להגיע לאמתות מציאותו כי
החיה (נפש) היא מיוחסת לכ״ע
בסוד נפש רוח נשמ׳ יחידה וחיה
ולפי׳ ארץ של כ״ע נקרא ארץ החיים
ואפי׳ החיה שהיא שם ובאה
לדרוש החכמה מארץ החיים לא
יגיע לאמתת מציאותה תהום
אמר לא בי היא פי׳ אם בא לחקור
על מהות החכמה איך ערכ׳ בכ״ע
מתוך תהום של כתר על׳ לא

Non-Ente, ſed vocatur Non-Ens, propterea quod non apprehenditur nec ex parte cauſæ ſuæ, nec ex parte ſubſtantiæ ſuæ, quia cauſa ejus, eſt Causa Causarum, & vocatur Non-Ens-Primordiale, eo quod principium dedit ſeculo; neque res corporea eſt. At "אי (*duæ priores literæ dictionis* Non-Entis) ſunt locus Intelligentiæ. Hoc eſt Corona Summa & Sapientia ſunt cauſa exiſtentiæ Intelligentiæ. Quia א Coronam Summam,' vero Sapientiam ſignificat. *Non cognoſcet homo ordinem ejus*, Hoc eſt: Si venerit homo, facies hominis ſcrutari & cognoſcere quidditatem Sapientiæ, quomodo ordo ejus ſit in Corona Summa quæ Non-Ens vocatur, non cognoſcet in ea ullo modo ordinem ejus, quia in Non-Ente neque differentia, neque eſſentia, neque quidditas apprehenditur: Si vero aliqua creatura venerit ſcrutari eſſentiam Sapientiæ, & quomodo illa in terra vitarum ſit, qui terminus Coronæ Summæ attribuitur, nec ſic poterit apprehendere vel attingere veritatem exiſtentiæ ejus, quia vita, (Anima) habet ſuam relationem ad Coronam Summam in profundiſſimo Animæ, Spiritus, Spiraculi, Summe Unius & Vitæ myſterio: Et propterea terra Coronæ Summæ vocatur terra vitarum, imo & ipſa vita, quia ibi ipſa vita eſt & exiſtit. Et ſi venerit ſcrutari Sapientiam è terra vitarum, non apprehendet veritatem exiſtentiæ ejus. *Abyſſus dicet non in me eſt*, hoc eſt: Si ultra terram vitarum veniet ſcrutari homo quidditatem Sapientiæ, quomodo ordo ejus ſit in Corona Summa per

 abyſſum

נוכל להגיע כי התהום מעיד על
עצמו כי אין השגתה בו ר״ל כי
אין השגרת ערכה בכ״ע אם כן
איך יוכל המשיג להשיגה מתוך
התהום והתהום דומה לג׳ ראשי
השור במעשי בראש׳ פי׳ פני אדם
פני אריה פני נשר והנה בנתיבות
ביארתי סוד התהום ומהותו ואם
נבוא לחקור מה שנמשך מכ״ע
לידע איך ערך החכמ׳ בכ״ע עדיין
לא נוכל להגיע למציאתה כי הנה
ים החכמ׳ הוא ים שאין לו סוף
אעפ״כ מעיד על עצמ׳ שאין עמו
ערכה אם כן איך נוכל להגיע
לתכלירת חקירתה לא יותן סגור
תחתיה פי׳ הזהב הנקי והטהור פי׳
אם באנו ליקח ערכה בכ״ע מצד
הגבור״ה שבכ״ע ולפי שבא מכ״ע
נקרא סגור פי׳ נעלם ולא ישקל
כסף מהירה פי׳ חס״ד הבא מכ״ע
פי׳ גם מצד החס״ד ההוא : לא

abyssum CORONÆ SVMMÆ; non poterimus apprehendere, quia Abyssus de seipso testatur, quod in se nullus apprehensionis ejus terminus: Vult indigitare nullam in CORONA SVMMA ordinis SAPIENTIÆ esse apprehensionem. Si res ita se habet, quomodo ergo apprehendere cupiens SAPIENTIAM, illam per abyssum apprehendere poterit? Et abyssus similis est tribus capitibus Tauri in Opere creationis, hoc est faciei hominis, faciei Leonis, faciei Aquilæ, & ecce in semitis explicavi mysterium abyssi & quidditatem ejus. Si vero perrexerimus scrutari quid trahatur, quid deducatur, quid emanet aut procedat de CORONA SVMMA, ad sciendum quomodo ordo SAPIENTIÆ sit in CORONA SVMMA, adhuc non poterimus apprehendere existentiam ejus: Quia SAPIENTIA est mare, & ejusmodi mare, cui non est terminus. Propterea etiam de se ipso testatur, quod in se non sit ordo ejus: Si ita res se habet: quomodo ergo poterimus apprehendere metam investigationis ejus. *Non dabitur aurum purum pro ea:* Hoc est aurum purissimum & mundissimum. Hoc est: Si perrexerimus accipere ordinem ejus in CORONA SVMMA ex parte FORTITVDINIS quæ est in CORONA SVMMA, quatenus provenit de CORONA SVMMA, vocatur סגור, id est, נעלם, *absconditum. Et non ponderabitur argento pretium ejus*, hoc est MISERICORDIA quæ provenit de CORONA SVMMA, id est ex parte quoque istius MISERICORDIÆ. *Non æstimabitur cum auro Ophir.* Et si scrutari conabimur ordinem SAPIENTIÆ per PVLCHRITVDINEM quæ assimi-

תסלה בכתם אופיר ואם נחקור
על ערך החכמה מתוך הת״ת
הנדמ׳ בכתם אופיר דמה לצד
מקור הדין שעתיד להמשיך אליה
מכ״ע לשהם יקר וספיר ולפי שיש
בתפ׳ שתי סבות לעצמותה
ולעטרה הדביקה בבריאה
הראשונה ולפ׳ הרבה בדמיונ
בזה המקום לא יערכנה זהב
מהו״ד הבא מכתר עליון וזכוכית
מנצ״ח הבא מכ״ע ותמורה כלי פז
מצד יסו״ד הבא מכ״ע בכל אלו
המדו׳ לא יודע סבת החכמ׳ וערכה
בכ״ע איך היא : ראמות גב״יש של
החכמה היש להן ערך בכ״ע לא
יזכר כי בזאת המעלה אסור
לחקור כדתנן למקמן אם רץ
לבך שוב למקום אמנם משך
החכמה מפנינים מסבת הסבות
אשר הושכל בכ״ע וכשם שהו׳
אינו מושג לזולתו כך החכמ׳ אינ׳
מושגת לזולתה ויהיה ראמות
מלשון רום ידיהו נשא שפ׳ ר
רוממותו של כ״ע אין דורש ומבקש
רשא׳ לחשוב שם אמנ׳ גב״יש פי׳
גב-יש

assimilatur pretiosissimo auro Ophir: Similis enim est ex parte Originis Iudicii quod olim trahetur in eam de CORONA SVMMA *Onychi pretioso & Sapphiro.* Et quoniam in Numeratione PVLCHRITVDINIS sunt duæ causæ sibi ipsi & DIADEMATI inferiori, quæ proxima est creaturæ primæ, propterea etiam multiplicavit assimilationes hoc in loco: *Non adæquabit eam aurum* (GLORIÆ) quod provenit de CORONA SVMMA. *Nec Crystallus* (ÆTERNITATIS seu TRIVMPHI,) quæ provenit de CORONA SVMMA. *Nec permutatio ejus vas ex Obryzo*, ex parte FVNDAMENTI, qꝫ provenit de CORONA SVMMA. Per omnes istas proprietates & attributa non cognoscetur CAVSA SAPIENTIÆ, nec ordo ejus, quomodo illa sit in CORONA SVMMA. *Sublimitas & Celsitudo* SAPIENTIÆ *Alii reddiderunt Coralle & Vnio*; utrum habeant ordinẽ in CORONA SVMMA non cõmemorabitur quia hunc profundissimum mysteriorum gradum scrutari velle illicitum nobis esse ducimus, ut docebimus in loco suo nẽpè SI CVRRET COR TVVM REVERTERE AD LOCVM: *At tractus* SAPIENTIÆ de CAVSA CAVSARVM, qui in CORONA SVMMA apprehenditur *præmargaritis.* Quia sicut illa non apprehenditur nisi à se ipsa. Sic & SAPIENTIA non apprehenditur nisi à seipsa, Et ראמות (*Sublimitas, Celsitudo,*) derivatur à dictione רום secundum id רום ידיהו נשא *Altitudo manus suas elevavit* Chab. 3. 10. ac si diceret sublimitati CORONÆ SVMMÆ neque investigator neque scru-

גב־יש עליוני של יש כיצד יתחדש
יש מאין לא יערכנה פטדת כוש
כי האבן הירוקה הנקרא׳ קו ירוק
אמר אם תבא לחקור על ערך
החכמ׳ בכע׳ מתוך קו ירוק רל׳
בינה המתפשטת מן החכמה
לא תוכל: ואמרו כוש כי האבן
הירוקה ההיא משם מוצאה
ועדה״ כי כוש הנזכר כאן הוא
מסוד ישת חשך סתרו ובינה
החשך לכוש להיות החשך נראה
שחור ואמר כי מאותו החשך
השהור והזך והנקי כאשר יאצל
ממנו הפטדה עדין לא יוכל ליקח
ערך החכמה מן הצד איך היא
בכע״ לפי חזר ואמר ובכתם טהור
לא תסולה פי׳ לא תערך ועל כן
תרגם לא יותן סגור תחתיה ולא
ישקל כסף מחירה לא יתיהב דהב
סנין חילופה ולא מותקל סימא
פירוגה לא תשתלחף בפלטון דמן
אופיר בבירולין יקר ושבזיזא
תר

tator est cui liceat ibi scrutari: Verum גביש (*eminentia, celsitudo,*) *est dictio composita ex dictione* גב, quod dorsum significat, & ex *dictione* יש *quod* ENS *significat*, quasi diceret גביש, hoc est, גב־יש (*Dorsum Entis*) altissimum inquam ENTIS culmen, quomodo procedat illud ENS de NON-ENTE, id est, infinitudine, *Non adæquabit illud* Topazius *Æthiopiæ*. Quia lapis palloris qui etiam linea palloris vocatur, dicit: Si præsumpseris scutari ordinem SAPIENTIÆ in CORONA SVMMA per lineam palloris (vult indigitare INTELLIGENTIAM) quæ à SAPIENTIA procedit, non poteris. Lapidem verò Æthiopiæ vocarunt, quia hic pretiosissimus lapis palloris inde affertur. Et per hunc modum etiam supranominatus hic lapis Æthiopiæ repræsentat nobis illud mysterium. *Posuit tenebras latibulum suum:* Et meritò comparantur tenebræ dictioni כוש (*Æthiopia*) eò quòd tenebræ nigræ sunt: Ideo dicit, ex istis, inquam tenebris purissimis, mundissimis, lucidissimis & splendidissimis, quomodo emanat & procedit ab illis Topasius iste, adhuc non poterimus accipere ordinem SAPIENTIÆ ex hac parte, quomodo illa in CORONA SVMMA sit. Propterea non ultra progreditur & dicit, *Et cum auro mundo non æstimabitur*, hoc est, æquabitur: propterea dicit. *Non dabitur aurum purum pro ea, & non ponderabitur argento pretium ejus.* Paraphrastes Onkelos iisdem plane verbis reddidit, nempè, *Non dabitur aurum purum pro ea,*

&

תרגום אחר לא יסדרינ׳ גבר עתיר בדהבא וזגגיתא לא יהב חילופה מאני דדהבא סנינא תרגומ׳ לירת אפשר דתשתכח בזילותא אלהין ביוקרא היך דהבא ומאן דלא יטרינה אזלא ומיתבר׳ היך זיגוגירת׳ ופירוג אגר לעלמ׳ דאתי מאני פזיזא: ראמות וגביש לא יזכר ומשך חכמה מפנינים וערבלין ובירוצין לא ידכר ובנגדא דחכמתא מן מרגליין לא יערכנה פטדת כוש בכתם טהור לא תסלה סא׳ יעלנה מרגלא ירקא דאתי מן כוש בפוטלוון דכי לא תשתלחף אח׳. שביאר לך המנע החכמה והשגת׳ ר״ל ערכה בכע״ חזר ופיר׳ לך שגם אחרי מי שירצה לחקור אחר ישותה בעצמה איך מקבל אצילות ושפע מכע״ אמר כי גם זה הוא נמנע מהשיגה וזש״ה והחכמ׳ מאי״ן תבוא פי׳ מכע״ וא׳ זה מקום פי׳ כי רוח אלהים בחכמה ונעלמה מעיני כל חי פי׳ אפילו מן הספירות שלמטה הימנה ומעוף השמים אלו כל המרכבו׳

& non ponderabitur argento permutatio ejus. Non permutabitur pretiosissimo auro Ophir cum Onycho prętioso & Sapphiro. Alius Paraphrastes, non adæquabit eam vir dives auro & crystallo, non dabit pro ea vasa auri purissimi. Et alius Paraphrastes, Impossibile est ut inveniatur in vilitate, id est, *vili precio.* Sed in pretiositate sicuti aurum, & qui non custodierit eam interit & confringitur sicut crystallus: Et permutatio mercedis ejus in futuro seculo vasa auri purissimi. *Corallia & unio nō memorabūtur, & tractus* SAPIENTIÆ *præ margaritis.* Corallia & unio non commemorabuntur & tractus SAPIENTIÆ præ unionibus. *Non adæquabit eam Smaragdus Æthiopiæ, cum auro mundo non æstimabitur. Paraphrastes*: Non adæquabit eam Smaragdus qui venit ex Æthiopia cum auro puro non permutabitur. Postquam igitur explicuit tibi inhibitam esse *investigationem* SAPIENTIÆ & apprehensionem ejus, vult dicere ordinem in CORONA SVMMA, revertitur & explicat tibi quod si quis etiam vellet scrutari entitatem ejus in seipsa, quomodo accipiat emanationem & affluentiam à CORONA SVMMA & hoc apprehensioni prohibitum esse dicit. Et hoc id ipsum est quod Scriptura dicit Iob.cap.28.v.20. Et SAPIENTIA מאין (*de* NON-ENTE) procedit, hoc est, de CORONA SVMMA. Et אי׳ (*duæ priores literæ dictionis* אין NON-ENTIS) sunt locus

הטהורות כי אין דבר טמא יורד
מן השמים (תפא') אבדון ומות
הם ראשי התמורות כי האבדון
תמורת ההויה כי ההויה נותנת
הצורו' והאבדון מפשיט הצורות
ומות תמורת החיי' אמרו באזנינו
פי' בבינתם שמענו שמעה של
החכמה אמנם אלהים שהוא
הבינה הנכתב בידו"ד ונקרא בשם
אלהים הבין דרכה פי' הנתיב
שהוא בא לעולם לכל אחד ואחד
מהפרטים והוא כע"(תת') ידע את
מקומה מקום הליכת נתיבותיה
כי הוא כע" לקצות הארץ (עט')
יביט תחת כל השמים (יסוד)
יראה ומתוך שמביט לארץ החיים
ותחת כל השמים ששם מעש' כל
היצורים בפרטים בסוד ידו"ד
באדני" אז לא יעלה ממנו דבר וזהו
סוד החכמ' לעשות לרוח ה
המשתלחים משקל שיצא במדה
במשקל ובמשורה ומים פי' חס"ד
תכן

cus INTELLIGENTIÆ: hoc eſt, quia SPIRITVS DEI in SAPIENTIA: *& abſcondita eſt ab oculis omnis viventis*, hoc eſt, etiam ab ipſis NVMERATIONIBVS ipſi inferioribus (*Notandum hic eſt Hebræorum Theologos proprietates & attributa divina* NVMERATIONES *inferiores vocaſſe.*) *Et à volucri cælorum*, quæ ſunt omnes Quadrigæ mundę quia nulla res immunda deducitur de cælis, id eſt, (PVLCHRITVDINE) *perditio & mors*, (quæ ſunt primaria capita permutationis, quia perditio permutatio eſt eſſentiæ; quoniam eſſentia dat formam; perditio verò exuit formas, & mors permutatio eſt vitæ,) *dixerunt auribus noſtris*, hoc eſt, in intellectu eorum, *audivimus auditionem ejus*, (nempè SAPIENTIÆ) *verum* אלהים quod INTELLIGENTIAM notat, ſcribitur verò per יהוה, & pronunciatur nomine אלהים, (*intellexit viam ejus*) hoc eſt, ſemitam qua venit in mundum ſingulis individuis, *& ille*, hoc eſt, CORONA SVMMA (PVLCHRITVDO) *cognovit locum ejus*, locum nempe ad penetralia ſemitarum ejus, *Quia ipſe*, hoc eſt CORONA SVMMA *ad fines terræ* (DIADEMATIS) *perſpiciet, ſub omni cælo* (FVNDAMENTO) *videbit.* & hac ex parte quod proſpicit in terram vitarum & ſub omni cælo, ubi ſunt opera omnium creatorum in particularibus in myſterio יהוה in אדני, tunc non aſcendet de eo verbum, i.e. *quicquam*, & hoc eſt myſterium SAPIENTIÆ. *Ad faciendum ſpiritui* emiſſorum *pondus*, ut prodeat in menſura, pondere & dimenſione, *Et aquas* (h.e. MISERICORDIÆ) *apparabat in menſura*, ſicuti

Scriptura

תכן במדה שנאמר מי מדד בשעלו
מים וגו׳ בעשותו למטר חק כמה
ימטיר ויחיה וכמה יפסיד וישחירת
בדין בני חלוף מן המטׄר ודרך
לחזיז מצד הגבורה קולות אז ראה
ויספרה פי׳ יסדר מהם הספירה
הכינה לחכמה וגם חקרה
במעשה ויאמר לאדם (תפ׳)
הן יראת (עט׳) יי׳ היא חכמה וסור
מרע בינה והקב״ה שאין לנו צד
להשיג׳ רק מיראת יי׳ שהיא עט׳
שבכע׳ כדתנן נעוץ סופן (עט׳)
בתחילתן ותחלתן בסופן וביאר
עוד שגם הבינה אין צד להשיגה
אלא מצד שהיא למעלה מן
התמורות שנאמ׳ וסור מרע בינה
והיא הגולם של כל הספירות:

ſcriptura dicit Iſai. c. 40. v. 12. *Quis menſus eſt in pugillo aquas* &c. *In faciendo ipſum pluviæ ſtatutum*, quantum pluet ut vivificet & quantum perdet & peribit juxta judicium filiorum tranſitus ab iſta pluvia *& viam corruſcationi* ex parte FORTITUDINIS ſeu ſeveritatis *tonitruum, tunc vidit eam & narravit eam*, hoc eſt, ordinavit ex illis NUMERATIONEM *præparavit eam, & ſcrutatus eſt eam* in opere *& dixit homini*(pulchritudini) *ecce timor* (DIADEMA) *Domini eſt* SAPIENTIA *& recedere à malo* INTELLIGENTIA: & Deum ſanctum benedictus ſit ille comprehendere nulla ex parte *datum* eſt nobis niſi per TIMOREM Dei, qui eſt DIADEMA quod eſt in CORONA SUMMA ſicuti docuerunt: fige finem earum (*qui eſt* DIADEMA) in principium earum, & principium earum in finem earum. Et explicuit præterea quod etiam INTELLIGENTIÆ non ſit medium apprehendere eam niſi hac ex parte quod illa ſuperior eſt COMMUTATIONIBUS, id eſt, *attributis* ſicut dicitur *Et recedere à malo* INTELLIGENTIA quæ eſt CHAOS omnium NUMERATIONUM.

RITTANGELIUS.

Notandum hic venit TIMOREM, SAPIENTIAM, INTELLIGENTIAM *ut &* RECEDERE *à* MALO, *non de humanibus affectibus, facultatibus & virtutibus &c. ſed de Deo ejuſq; attributis intelligenda eſſe, quod hic tantum obiter noto ſuo loco & tempore ulterius explicandum. Interim quid ſit recedere à* MALO *ejus rei veſtigia quædam vide ſupra in ſemita 9. fol. 24.*

In libro de Fide & Expiatione: Iam antea dixi tibi quod producenti ENS de NON-ENTE nihil decedit, & quod ENS est in NON-ENTE quoad rem NON-ENTIS, & NON-ENS est in ENTE quoad rem ENTIS; quò discas quod NON-ENS sit ENS, & ENS sit NON-ENS.

בספר אמונה : כבר אמרתי לך כי המוציא יש״ מאין״ אינו חסר וכי היש״ הוא באין״ בענין אין״ והאין״ הוא ביש״ בענין יש״ ללמוד שהאין״ הוא היש״ והיש״ הוא האין״:

R.Moseh Botril fol. 54. col. 1. c. 1. sect. 10. libri Iezirah: Ostendi, *inquit*, propter Magistrum Ioannem, *cum quo Sermonem de hoc profundissimo Sacratissimæ* TRIVNITATIS *mysterio instituerat*, omnem potentiam meam: & non inhibui Spiritum meum; quia in tribus illis in SAPIENTIA omnia sunt mensurata.

משה בוטריל ד׳ נ״ד ע׳ א׳ פ׳ א׳ מ׳ י׳ ס״: הראתי בעבור מאישטרו יואני כחי ולא עצרתי רוחי כי בשלש בחכמה נמדת כל:

Moseh Botril fol. 45. col. 4. in c. 1. sect. 4. libri Iezirah: Nomen ejus, *inquit*, exaltatum sit illud, non subjacet privationi in æternum, & non est ipsi forma seu figura principii; quia ipse FVIT, EST & ERIT. Et si res ita se habet, non est ILLIS finis; cui vero non est finis, ei non est principium & sic ILLE subsistit æternus ab æterno in æternum.

משה בוטרילו ד׳ מ״ה ע׳ ד׳ פ׳ א׳ מ׳ ד׳ ס״: השם ית׳ לא יעדר לעולם ולו אין תואר ההתחלה כי הוא היה הוה ויהיה ואם כן אין להם סוף ומה שאין לו סוף אין לו ראש אם כן הוא קיים ונצחי מן העולם ועד העולם:

RITTANGELIUS.

Hic obiter notandum venit, Hebræos per tres hosce terminos היה והוה ויהיה FVIT, *&* EST, *&* ERIT, *tres in divinitate subsistendi modos exprimere, eo quod unusquisque illorum totam essentiam divinam significare potens est. Hac nimirum ratione si à secunda dictione* והוה *prius* ו, *cum* היה *conjungas, habes literas omnes Tetragrammati; rursum si à tertia dictione* ויהיה, י, *unum redundans cum secunda dictione* הוה *conjunxeris habes iterum* Tetragrammaton, *sicuti jam in tertia dictione præter* Tetragrammaton *nihil est reliquum.*

R. Bachaji qui de Cabala tractat in libro Ohel Mohed & Sepher Emunah: Explicans illa verba: Intellige In Sapientia, & Sape In Intelligentia: Numeratio Intelligentiæ, *inquit*, est inferior nempe post Numerationem Sapientiæ, & propter magnificentiam affluentiæ dicit Intellige; quia Intelligens plus est Sapiente: eò quod Intelligens intelligit rem per rem ex & in re; propterea dicit Intellige apud Numerationem Sapientiæ, quæ est secunda Numeratio à Corona Summa, & ab hac Numeratione procedunt triginta duæ semitæ mirabiles & absconditæ Sapientiæ, quæ vocantur mirabiles propterea quod mirabilitate magna ab ipsa Numeratione Sapientiæ distinguuntur. Et hæc Numeratio est omnium etiam triginta duarum semitarum stirps & basis. Sape In Intelligentia: quæ est infra Numerationem Sapientiæ. Quoniam hæc Numeratio producit in actum semitas Sapientiæ. Si ita res se habet, non facit Sapientia sine Intelligentia; propterea dicit Intellige In Sapientia; & non facit Intelligentia sine Sapientia, ut & dicit Sape In Intelligentia.

והרב ר׳ בחיי בספרו אהל מועד ובספר האמונה (הבן בחכמה וחכם בבינה) ביאר ואמר: ספירת בינה היא אחרונה לספירת החכמה ובשפע הגדול אמ׳ מלת הבן כי נבון יותר מחכם כי הנבון מבין דבר מתוך דבר ולכך הבן בספירת חכמה לומר שהיא השנית מהכע״ ומזאת הספירה יצאו לב״ נתיבות פליאות חכמה ר״ל שהם מובדלות בפליאה גדולה מספירת חכמה וזאת הספירה היא עיקר הכל לסוף לב״ נתיבו׳ חכם בבינה שהיא תחת ספירת חכמה כי הספירה הזאת תוציא לפועל נתיבו׳ החכמה אם כן אינו שוה חכמה בלא בינה ולכך אמר הבן בחכמה ואינו שוה בינה בלא חכמה לכך אמר חכם בבינה:

R. Abraham F. D. fol. 24. col. 2. in cap. 1. sect. 1. libri Iezirah: Optimum, *inquit*, affluentiæ ducitur ad Numerationes *superiores*, & inde de-

הראב״ד דף כד״ ע׳ ב׳ פ׳ א׳ מ׳ א׳ ס״ אמר: טוב שבשפע ישלח אל

de deducitur ad commutationes, *attributa*. Sapienti ſat: Et hæ ſemitæ emanant de origine recondita & abſcondita ubi nulla creatura (*a*) poterit ſtare ſupra veritatem ejus, & nulla ſpeculatio poterit ſtare ſupra eſſentiam ejus, deficiunt omnes in apprehenſione ejus. Et erit vocabulum פלא à voce כי יפלא ממך דבר (*Si reconditum fuerit à te Verbum*) Deut. c. 17. v. 8. quod Chaldæus per ארי יתכסי (*quod idem ſonat, ſi reconditum fuerit*) reddidit. Et propterea etiam vocatur אלף è converſo vero habes פלא, eò quod ab omni apprehenſione eſt abſcondita. Et ea eſt differentia & diſtinctio ejus. Quia eſt differentia inter gradum NON-ENTIS & inter gradum ENTIS. Quia NON-ENS eſt privatio apprehenſionis, ſed in ENTE eſt aliquo modo apprehenſionis terminus, quia eſt primogenitum apprehenſionis. Et myſterium in hoc primogenito eſt SAPIENTIA. Sacerdos eſt MISERICORDIA; & eſt nitas æqualis quæ & æquat in unitate vera.

הספירו׳ והעיכול יורח אל התמורו׳ ודי למבין: ואותן הנתיבות נאצלו מן המקור הנסתר והנעלם אשר אין כל בריה יכול׳ לעמוד על אמתתו ואין רעיון יכול לעמוד על מציאותו ונלאו מהשיגו ויהיה פליאות מלשון כי יפלא ממך דבר ותרגומו ארי יתכסי ועל זה נקרא אלף והפכו פלא לפי שהוא נעלם בהשגה ויש הפרשה והבדלה לפי שיש הבדל בין מדרת האין ובין מדרת היש כי האין הוא ההעדר בהשג׳ והיש יש בו קצת השגה והוא בכור להשגה וסוד בזה הבכור (הכמה) הכהן (חסד) והוא האחדות השוה שהוא השוה ביחוד האמתי:

RITTANGELIUS.

Alludit hic author ad præceptum de offerendis Deo primogenitis dicit ergo SAPIENTIAM *intellige ſecundam* NUMERATIONEM, *tanquam primogenitum ad reconciliandum generi humano Deum per* MISERICORDIAM *(quartam in ordine* NUMERATIONEM *& primarium attributum) tanquam per* SACERDOTEM *Deo offerendam eſſe.*

(a) *Non poſſe ſtare ſuper aliqua re Hebræis eſt rem aſſequi non poſſe.*

Tykun.28. fol.73. col.2. Tykun. 55. fol. 122. col. 1. dicit R. Simeon F. Iochay CAPUT est CORONA SUMMA, MENS est SAPIENTIA, in INTELLIGENTIA est COR Intelligentis. Duo brachia sunt MISERICORDIA & FORTITUDO. Corpus est COLUMNA MEDIA. Duo Crura TRIUMPHUS seu ÆTERNITAS & GLORIA. FUNDAMENTUM est MATER. DIVINITAS est signum ejus. CORONA vocatur Deus summus qui possidet SAPIENTIAM & INTELLIGENTIAM. (Deus noster) INTELLIGENTIAM (Deus patrũ nostrorum) SAPIENTIAM significat. Et hoc est idem illud: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, (Deus magnus) ex parte MAGNIFICENTIÆ (& fortis) ex parte FORTITUDINIS, (& formidabilis) ex parte COLUMNÆ MEDIÆ.

De his vide infra fol 64.& 65.

R. Moseh Nachmanides fol. 46. col. 2. cap. 1. sect. 7. libri Iezirah: Quamvis, *inquit*, res horum mysteriorum, *secundum emanationem vel processum*, distinguuntur in SAPIENTIA, INTELLIGENTIA & SCIENTIA, nulla tamen dictinctio est inter eas, *quò ad essentiam*: Quia finis ejus annexus est principio ejus & principium fini ejus, & medium comprehenditur ab eis. Exemplum hujus rei flamma & carbo resplendens sicuti dicitur: *Carbones ejus*, *Carbones ignis flammæ Dei*, q. d. quod hæc omnia instar flammæ

תקונא̈ כח̈ דף̇ עג̈ עמ̇ ב̇ תקונ̇ נה̈ דף̇ קכב̇ עמ̇ א̇ אמר רבי שמעון בן יחאה: רישא כתר עליון מוחא חכמה בינה בה לב מבין תרין דרועין חסד וגבור׳ גופא עמודא דאמצעיתא תרין שוקין נצח והוד יסוד אמה שכינתא אות דליה כתר דאתקרי אל עליון קונה חכמה ובינה אלהינו בינה אלהי׳ אבותינ׳ חכמה ואיהו אלהי׳ אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב האל הגדול מסטרא דגדולה והגבור מסטרא דגבורא והנורא מסטר׳ דעמוד׳ דאמצעיתא:

ובדף̇ מו̈ ע̇ ב̇ פר̇ א̇ מש̇ ז̇ ס̇י̈ אמר הרמבן: אעפ̈י שהדברי׳ נחלקים בחכמה ובתבונה ובדע׳ אין הפרש ביניהם שהסוף קשור בתחלתו וההתחלה בסוף ו והאמצא כלול מהן וסימן לדבר שלהבת וגחלת יזיק כדא̈ רשפיה רשפי אל שלהבת יה: כלומר שהכל כלהב אש המתיחד

flammæ ignis comprehendentis *in se multivarios* colores ſeu ſpecies, illaſque omnes in radice una, quia Dominus ſummè unus &c.

בגוונים וכולן שוים בעיקר אחד שאדון יחיד וגו׳:

R. Abraham F. D. fol. 46. col. 2. cap. 1. ſect. 7. libri Iezirah: Decem NVMERATIONES præter illud INEFFABILE, fige finem earum in principium earum. Hoc eſt: Finem earum, qui eſt CORONA SVMMA, quia CORONA SVMMA vocatur finis, & CAVSA CAVSARVM vocatur NON habens FINEM, *id eſt, infinitudo.* Et poſtquam monuit te & dixit illicitum eſſe mittere cogitationes in CORONAM SVMMAM, revertitur & monet te, & dicit, quod debeas infigere & innectere atque inſerere CORONAM SVMMAM in principium exiſtentiarum quæ eſt ENS de NON-ENTE, & ut notum faciat tibi, quod omnes plantæ SAPIENTIÆ acceptæ ſint מקדם ab Oriente & plantatæ in עדן *(Heden)* SAPIENTIÆ, *(Et principium illarum)* NVMERATIONVM ab infra ſurſum, & hoc eſt DIADEMA *(in finem earum)* quæ eſt finis dierum de ſupra ad infra. Et poſtea ſic monet te & dicit: *(ſicuti flamma)* ſicuti impoſſibile eſt producere flammam ſine carbonibus; ſic quoque impoſſibile eſt eſſe EXISTENTIAM SAPIENTIÆ ſine CORONA SVMMA. Et ſic impoſſibile eſſe exiſtentiam DIADEMATIS ſine FVNDAMENTO NVMERATIONVM quæ ſupra illo ſunt, ſed ſicuti flamma innexa Carboni.

הראב״ד דף מ״ו עמ׳ ב׳ פר׳ א׳ משנ׳ ז׳ ספ׳ יציר׳: יסב׳ נעוץ סופן בתחלתן פי׳ סופן הוא כ״ע כי כ״ע נקרא סוף וע׳ הע׳ נק׳ אין סוף ואחר שהזהירך ואמר שאסור לשלוח המחשבה בכ״ע חזר והזהירך ואומר שחייב אתה לנעוץ ולקשור וליטע כ״ע בתחילת המציאות שהוא יש מאין ולהודיע שכל מטעי החכמ׳ כולם לוקחו מקדם ונוטעו בעדן החכמה ותחלתן של הספירות ממטה למעלה והוא עט׳ בסופן שהוא סוף הימי׳ מלמעלה למטה ואחר כך הזהירך ואמר כשלהבת כשם שאי אפשר להמציא שלהבת בלי גחלת כך אי אפשר מציאות החכמ׳ מבלי כ״ע וכך אי אפשר מציאות העטרה מבלי יסוד הספירות שעליו אלא כשלהב׳ קשורה בגחלת:

Moſeh Botril fol. 39. col. 4. cap. 1. ſect. 4. libri Iezirah: SAPIENTIA eſt NVMERATIO ſecunda; quia ſuperior illâ eſt CORONA SVMMA quæ eſt MENS, & illa vocatur NVMERATIO prima & vel invitis nobis de MENTE procedit SAPIENTIA.

משה בוטריל דף לט״ עמו׳ ד׳ פר׳ א׳ משנ׳ ד׳ ספ׳ יציר׳ החכמה היא הספירה השני׳ כי למעלה ממנה יש כע״ שהיא המחשבה והיא נקראת ספירה ראשונה ועל כרחנו מן המחשבה תצא החכמה:

R. Abraham F. D. fol. 29. col. 3. cap. 1. ſect. 2. libri Iezirah: Jod, *inquit*, ſuperius quod ambit omnes eſſentias quæ creatæ ſunt per ENS de NON-ENTE indigitat, ſtatim decem expanſiones firmamenti ab invicem eſſe diviſas in medietate Iod, quod emanavit ab illo ineffabili, vult dicere de CORONA SVMMA, cui non eſt quidditas. Verum ipſi IOD, eſt ipſi quidditas, & propterea vocatur חכמה SAPIENTIA hoc eſt, (*a*) חך *palatum* dicit, מה *aliquid*. Et omnia quæ commemorata ſunt in lege, in Prophetis, in Hagyographis alludunt ad SAPIENTIAM ſicuti dicitur Pſalm. 104. v. 24. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in* SAPIENTIA *feciſti, plena eſt terra poſſeſſionis tuæ*: alludens ad omnes eſſentias quæ delineatæ & effiguratæ ſunt in SAPIENTIA, ſicuti indicavimus hoc ſupra. Verum CORONA SVMMA quæ vocatur NON-ENS; vocatur & denotat illud ineffabile.

הראבד״ דף כט׳ עמ׳ ג׳ פר׳ א׳ משנה ב׳ ספ׳ יציר׳: היוד״ העליונה אשר היא מקפת לכל ההויות אשר נבראו בי״ש מאין״ רמז שמיד נבדלו עשרה רקיעים זה מזה באמצעו׳ היוד״ אשר היא נאצל׳ מבלימ״ה ר״ל מכע״ שאין לו מהות אמנם היוד יש לו מהות ולכן נקרא חכמ׳ כלו׳ חך אמר מה״ וכל מה שנזכר בתורה ובנביאים ובכתובים רומזים אל החכמה שנ׳ מה רבו מעשיך. ה׳ כולם בחכמה עשית מלאה הארץ קניניך לרמוז אל כל ההויות שהן מצויירות בחכמה כמו שרמזנו לעי׳ל אבל כע״ הנקרא אי״ן נקרא בלימה:

(a) חך Palatum *Duæ priores literæ dictionis* חכמה SAPIENTIÆ *sunt* חך *& significant palatum; duæ vero posteriores literæ quæ sunt* מה *notant aliquid.*

Tykun. 21. fol. 56. col. 2. supra versum Deut. cap. 4. v. 6. ET CVSTODIETIS ET FACIETIS QVIA IPSA EST SAPIENTIA VESTRA & INTELLIGENTIA VESTRA: Et CVSTODIETIS, *inquit*, hoc est, *(a)* וה: Quia ipsa est SAPIENTIA VESTRA & INTELLIGENTIA VESTRA, hoc est, *(b)* יה: Et in quo conformes sunt sibi pater & mater, filius & filia in *(c)* א, quæque CORONAM SVMMAM significat. de quibus dicitur splendor eorum comparabilis est duobus regibus qui una utuntur corona & propterea dicunt in Sabbatho & diebus festis & capitibus mensium Coronam dabunt tibi Domine Deus noster Angeli & examina *potestatum & virtutum, thronorum & dominationum* superiora: Rex & Regnum.

תקונא כא דף נו עמ ב על
הקרא דברים ד׳ ושמרתם ועשיתם
כי היא חכמתכם ובינתכם
ושמרתם דא וה כי היא
חכמתכם ובינתכ׳ דא יה ובמה
יהון שוין אבא ואמא ברא וברתא
בא׳ דהוא כתרא עלאה דאתמר׳
סיהרא עלרה אפשר לשני מלכי׳
שישתמשו בכתר אחד ובגיני׳
אמרין בשבת ויומין טובין וברישי
ירחין כתר יתנו לך ה׳ אלהינו
מלאכי׳ המוני׳ מעלה מלך ומלכות:

RITTANGELIVS.

(a) וה: *Sunt duæ posteriores literæ sanctissimi nominis Tetragrammati quæ filium & filiam ut supra dictum est, significant.*

(b) יה: *Sunt duæ priores literæ nominis Tetragrammati, & continent in se mysterium Patris & Matris.*

(c) א: *Continet in se mysterium unitatis transcendentalis. Dicunt enim* NVMERATIONES TRES SVPERIORES *in mysterio* א *convenire & unum quid incomprehensibile & ineffabile esse, eo quod unitatem transcendentalem significat.*

Tykun 70. fol. 119. col. 1. lib. 1. Tykune Sohar supra versum Gen. cap. 1. v. 26. *Faciamus hominem in imagine nostra juxta similitudinem nostram,*

תקונא ע דף קיט עמ א ספר א
תקוני זוהר על הקר׳ נעשה אדם

Dicit R. Simeon F. Iochoa: Quis est iste homo? quod dicit FACIAMVS HOMINEM, SAPIENTIA inquam SVMMA, quæ est in imagine CORONÆ SVMMÆ. Et adhuc FACIAMVS HOMINEM, hoc est, Columnam mediam, in IMAGINE NOSTRA, hoc est, SAPIENTIA, AD SIMILITVDINEM NOSTRAM, hoc est, MATREM SVPERIOREM, quia sicuti Homo creationis, homo formationis, & homo fabricæ in imagine CORONÆ SVMMÆ. SAPIENTIÆ & INTELLIGENTIÆ: ita ille in imagine COLVMNÆ MEDIÆ & IVSTI & DIVINITATIS inferioris, quæ est in NVMERATIONIB. omnes hæ sunt emanationes. Et adhuc FACIAMVS HOMINEM, cui dixit hoc? utique CAVSA CAVSARVM dixit ipsi Iod, He, Vau, He, qui est in intimis penetralibus decem NVMERATIONVM. *Et paulò post:* Ille qui dixit: FACIAMVS HOMINEM est יוד הי ואו הי *Ego primus & ego ultimus, & præter me non est Deus* Esa. 44. v. 6. Tria Iod testimonium perhibent de eo quod non sit supra præter eum, nec infra præter eum, & ipse est in medio non est Deus alicubi præter eum, In hoc Nomine suo cognoscitur absque numero & figura.

בצלמנו כדמותינו אמר רבי שמעון בן יחאה: ומאי ניהו האי אדם דאמר נעשה אדם דא חכמה עלאה דאיהו בדיוקנא דכתר: ועוד נעשה אדם דא עמודא דאמצעיתא בצלמנא דא חכמה כדמותנו דא אימא עלאה דכמה דאיהו אדם דבריאה אדם דיציר' אדם דעשיה בדיוקנא דכתר עליון חכמה ובינה הכי איהו בדיוקנ' דעמודה דאמצעיתא וצדיק ושכינתא תתאה דבספירן כלא איהו אצילות ועוד נעשה אדם למאן אמר האי אלא ע' הע' אמר ליו"ד ה"א וא"ו ה"א דאיהו לגו מ"ס ההוא דאמר נעשה איהו יו"ד ה"י וא"ו ה"י אני ראשון ואני אחרון ומבלעדי אין אלהים (ישעיה מ"ד) תלת יודי"ן מעידין עליהו דלית לעילא מניה ולית לתתא מניה ואיהו באמצעית' לית אלהי בכל צד בר מניה בהאי שמא אשתמודע הוא בלא חשבון וצורא:

R. Abraham F. D. fol. 42. col. 3. in cap. 1. sect. 5. libri Iezirah: SA-

הראב"ד דף מ"ב ע"ג פ"א מ"ח ס"ו:

PIENTIA, *inquit*, vocatur principium ſicut Scriptura teſtatur: *Principium*, SAPIENTIA, *timor Domini*, eò quod illa eſt principium omnium exiſtentium, ſicuti ſe habet materia ad formam, & ſicuti punctum quod eſt litera ', eſt principium omnium literarum. Et hoc eſt myſterium de quo Scriptura dicit: Ego primus & ego ultimus, Eſa.44.v.6. Et jure merito vocatur principium, quia eſt ENS de NON-ENTE. Verum enim vero quoad entitatem principium eſt numerus. In myſterio porrò NON-ENTIS non comprehenditur numerus. (*hoc eſt illud quod principio & fine caret non cadit ſub terminum prædicamenti quantitatis dimenſivæ.*) Idcirco quũ principium & finis cadant ſub definitionem quantitatis dimenſivę, neceſſe fuit indicare tibi, ne hóc in loco dicas aut ullo modo voces eam quantitatem dimenſivam propriè & abſolutè, ſed profunditatem & propterea vocavit eam profunditatem. Ac ſi diceret profunditati principii, *id eſt*, SAPIENTIÆ nulla eſt dimenſio. Et ſic de ſingulis decem profunditatibus, quæ ſunt Tres NVMERATIONES INTELLECTVALES & ſeptem NVMERATIONES, quæ vocantur mutationes *ſeu attributa*. Nec etiam una harum dependet ab illa, *ſcilicet quantitatę demenſiva* Quia hæ omnes PROFVNDITATES trahuntur de MENTE SVMMA, de qua ſcriptura dicit Pſal.92. *Valde profundæ ſunt cogi-*

ראשית אמר היא החכמה שנ׳
ראשית חכמה יראת ה׳ כי היא
ראשית כל הנמצאים והיא כב
יכול כעין החומר לצורה וכעין
הנקודה שהיא אות יוד שהיא
ראשית כל האותיות וזהו סוד אני
ראשון ואני אחרון וראוי שיקרא
ראשון כי הוא יש מאין ובישות
יהיה ראשית מספר כי לא יתפש
מספר בסוד אין ולפי שראשית
ואחרית יפלו בגדר השיעור
הוצרך לומר לך שלא תאמר
עליו, שיעור ממש ולפי׳ אמר עומק
פי׳ העומק של ראשית אין לו
שיעור וכן לכל אחד ואחד מאלו
י׳ עומקים פי׳ ג׳ ספירות שכליות
וז׳ ספירות שהן נקראין תמורות
כל אחד מהן אין דבק בהם כי
כל העומקים נמשכו מהמחשב׳
העליונה שנ׳ מאד עמקו מ
מחשבותיך והמחשבה אין לה
סוף לכן כל העמקי׳ אין להם סוף
ואחרי כך אמר וידוע שהעיגול
אין לה ראשית ואחרית מצד
עי׳

tationes

עיגולו אמנם מצד תכלית גשמו וכן השכלים הנפרדים והי׳ ספירות לא יאמר בהם ראשית ואחרית כי הראשית והאחרית בסוג הכמה ומה שאין לו כמה לא יאמר עליו ראשית ואחרית וזהו סוד עומק ראשית אמנם היותו השם ית׳ ראשית וסבה לכל הנמצאים כדרך שהצורה סבה לכל הנמצאים כן ההכמה ראשית לכל הנמצאים שנ׳ מה רבו מעשיך ה׳ כלם בחכמה עשית מלאה הארץ קנינך:

tationes tuæ. Et ſicut MENTI SVMMÆ non eſt finis, ſic etiam aliis PROFVNDITATIBVS non eſt finis. Et poſtea ſic dicit: Sciendum eſt ſi Sphæræ ratione rotunditatis ſuæ nec principium nec finis eſt, niſi ex parte corporis ſui finiti, quantò magis & Intelligentiis ſeparatis, imo multò magis decem NVMERATIONIBVS neque dicitur de eis principium & finis quia principium & finis ponuntur in genere prædicamenti quantitatis dimenſivæ, cui vero non eſt quantitas, de eo quoq; non dicitur principium & finis. Et hoc eſt myſterium profunditatis principii. Verum cum Deus exaltatus ſit principium & cauſa omnium exiſtentium ſicuti forma eſt cauſa omnium exiſtentium; tamen SAPIENTIA eſt etiam principium & cauſa omnium exiſtentium, teſte Scriptura Pſal.103. *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine omnia in* SAPIENTIA *feciſti.*

בספר׳ א׳ תקוני זוהר תק׳נו׳ דף׳ צ״ב ע׳ ב׳: א״ל ברי: יהוה איהו י׳ אב ה׳ אם ו׳ בן ה׳ בת:

In libro 1. Tykune Sohar Tykun 56. fol. 92. col. 2. *Explicat Author Sanctiſſimum Nomen Tetragrammaton* יהוה *& dicit:* Dixit ei, fili mi: *prima litera nominis Tetragrammaton* י, *ſignificat* patrem, ה *ſecunda litera* matrem, ו *tertia litera* filium, *&* ה *quarta litera* filiam.

ובתק׳ ס״א ספר א׳ תקוני זוהר דף צ״ז עמוד א׳ אמר רבי שמען בן יחאה: ארבע אתוון יהוה י׳ אבא ה׳ אימא ו׳ ברא ה׳ ברתא דאינון מחשבה ומעשה קלא ודבורא:

Et Tykun 61. lib. 1. Tykune Sohar fol. 97. col. 1. Dixit R. Simeon filius Iochaji: Quatuor literis *conſtat Sanctiſſimum Nomen Tetragrammaton* יהוה: *Quarum prima* י patrem, *ſecunda* ה matrem, ו *tertia* filium, *&* ה *quarta* filiam *ſignificat.* Et ſunt Mens & opus, vox & verbum.

R. Abraham F. D. fol. 46. col. 1. cap. 1. sect. 6. libri Iezirah: (Et ad faciem Throni ejus procidentes) AD FACIEM THRONI EIVS; hoc est, ad illas dignitates quæ sunt facies Throni ejus nempè INTELLIGENTIÆ; quia thronus Intelligentiæ est ות״ה PVLCHRITVDO & DIADEMA. FACIES vero throni ejus sunt CORONA SVMMA & SAPIENTIA. ILLI PROCIDENTES, hoc est, sermo PVLCHRITVDO & Verbum DIADEMA procidentes coram CORONA SVMMA & SAPIENTIA, ad deducendum inde affluentiam super omnia existentia & ad indigitandum quod omnia facta sint ex eo sicuti dicit in section. quæ supra; DOMINATVR OMNIBVS de HABITACVLO SANCTITATIS SVÆ ET VSQVE IN SEMPITERNA SECVLA. Alius sensus (VERBVM EIVS IN EIS DVM CVRRVNT ET RECVRRVNT,) hoc est, si loqui volueris & miseris cogitationes tuas ad apprehendendum NVMERATIONES, est tibi quidem facultas loqui de eis, tamen currendo & revertendo. Quando perveneris ad SAPIENTIAM revertere de sapientia ad INTELLIGENTIAM & suscipe in fide CORONAM SVMMAM & CAVSAM CAVSARVM & noli mittere cogitationes tuas in CORONAM SVMMAM & CAVSAM CAVSARVM; non enim fas est homini cogitationem eò volvere. Veruntamen

הראב״ד דף מ״ו עמ׳ א׳ פרק א׳ משנ׳ ו׳ סי״: (ולפני כסאו הם משתוחים) ולפני כסאו פיר׳ ואל המעלות אשר הם פני כסאו של בינה כי כסא של בינה הוא ו״או הא׳ תר״ת ועט׳ ופני כסאו הם כ״ע וחכמה (הם משתחוים) פי׳ הדבור (תפאר׳) והמאמר (עטר׳) משתחוים אל כ״ע וחכמה להוריד משם השפע על כל הנמצא׳ ולהורות לו כי כולם נתהוו ממנו כמו שאמר במשנה של מעלה (מושל בכולם ממעון קדשו ועד עדי עד ד״א דברו בהן ברצוא ושוב) פי׳ כשתדבר ותשלח מחשבותיך בהשגות הספירות יש לך רשות לדבר בהם אמנם ברצוא ושוב כאשר תגיע לחכמה שוב מן החכמה אל הבינה וקבל באמנה כ׳ע׳ וע׳ ה׳ע׳ ואל תשלח מחשבותיך בכ״ע וע׳ל׳ הע׳ל׳ כי המחשבה אסורה להרהר שם אמנם למאמרו של כ״ע ר״ל עטר׳ של כ״ע כסופה ירדפו להשיגה בה ולפני כסאו כ״ע הם משתחוים החיצון אל הפנימי וכל הממשלות

זשה״ אתה (חכמה בינה) הוא ה׳ לבדך אתה עשית את השמים (תת׳) שמי (בינה) השמים (תפ׳) וכל צבאם (קצוות) הארץ וכל אשר עליה ה׳ו׳א׳ב׳ ואתה מחיה את כלם וצבא השמים לך (בינה) משתחוים (חכמה וכע) :

VERBVM EIVS, (CORONÆ nempè SVMMÆ vult dicere, DIADEMA CORONÆ SVMMÆ,) TVRBINIS INSTAR PROSEQVVNTVR, ad apprehendendum illud. Et AD FACIEM THRONI EIVS (CORONÆ inquam SVMMÆ) ILLI PROCIDENTES, exterius ad intrinſecum & omnes Dominationes, hoc eſt quod Scriptura dicit, Nehem. cap. 9. v. 6. *Tu ipſe Domine ſolus tu; Tu feciſti cœlos* (Pulchritud.) *cœlos* (Intelligent.) *cœlorum* (Pulchritud.) *& omnem exercitum eorum,* (Extremitates) *terram & univerſa quæ ſuper ea, Maria & univerſa quæ in eis: & tu vivificans omnia hæc, & exercitus cœlorum tibi* (Intelligent.) *incurvantes* (Coron. Sum. & Sapient.)

הראבד על פר׳ א׳ משנ׳ ז׳ דף מו״ עמ׳ ב׳ : אדון יחיד ואין לו שני וגו היותי מזהירך לנעוץ סופן בתחלתן בסופן לפי שכע״ הוא יחיד בהכרח באותו כח אשר נתיחד בו ואין לו לכע״ כח שניות כערך שע׳ הע׳ אין שייך בו לומר לא׳ מספר אחדות ולא ריבוי ולא מציאות והפרד ולא מקום וגבול כן הדין בכע״ כי אין בינו לבין כח סבדו רק שזה עלה וזה עלול וכיון שכע הוא יחיד לפיכך חייב אתה להזהר בקשר היחוד : ואין לו שני פי׳ ואין שייך

R. Abrah. F. D. ſuper verba: Dominus ſummè VNVS eſt, & non eſt ipſi ALIVS, dicit: Præmonui te infigere finem EORVM in principium EORVM & principium EORVM in finem EORVM. Propterea quod COR. SVMMA eſt neceſſario Vna per illam virtutem quâ unimur ipſi: neque eſt ipſi *ſcilicet* CORONÆ SVMMÆ virtus DVALITATIS. Quemadmodum de CAVSA CAVSARVM non dicitur nec numerus unitatis nec multitudinis, nec exiſtentia, nec diviſio, nec locus, nec terminus, ita non diſſimili ratione de CORONA SVMMA. Quia non eſt inter ipſam & virtutem CAVSÆ ſuæ ſaltem hæc diſtinctio, quod hæc ſit cauſa & illa ſit cauſatum. Et quoniam CORONA SVMMA eſt maximè una, propterea neceſſe eſt ut cavendo tibi, maneas in vinculo unitatis. *Et non eſt ipſi alius*, hoc eſt, Non

בו שניות כל עקר: וימ״ שאדון (חכמה) יחיד (בינה) ואי״ן לו (כ״ע) שני (ע׳ הע׳) כי הבינה מקבלת הוד החכ מ׳ כי החכמה בבינה יחידה וכ״ע נקרא אי״ן לו פיר׳ לע׳ הע׳ שני למציאות כי הוא סבת מציאותו בסבה פשוטה ולפני אחד מה אתה סופר פי׳ כי שם המספר לא יפול אלא על דבר שיש לו ישות ולא על דבר אי״ן אלא שהוא השואת הכל ולפיכך נקרא אחד מצד זה ולפני אחד מה אתה סופר אחרי שאפילו מספר אחד לא יתכן לומר אפילו על כ״ע אלא מצד שהוא ההשואה הגמורה ולא מצד שיעור ומספר שהוא בכלל הכמה אם כן איזה דבר או מלה תהא ראויה להאמן על ע׳ הע׳ אמנם אמרי השואה על כ״ע אין ענין ההשאה הנאמ׳ ענין מעניני האיכות כי האיכות לא יפול אלא בגשם והוא גם כן מקרה:

solemus dicere de ea dualitas quasi Dualitas fundamentum esset universi. Alij verò in hunc modum hæc verba *Dominus summè unus est & non est ipsi alius vel secundus*; interpretati sunt, quod *Dominus*, sit SAPIENTIA *summè unus*, INTELLIGENTIA, *Non est ipsi*, (*quasi* NON-ENS) *ipsi* CORONA SVMMA, *Alius seu secundus* CAVSA CAVSARVM. Quia INTELLIGENTIA accipit filum *emanationis seu processus sui*, à SAPIENTIA eò quod SAPIENTIA in INTELLIGENTIA summè una est, *vel* INTELLIGENTIÆ *summè unita est*. CORONA vero SVMMA NON-ENS vocatur, hoc est, non est ipsi NON-ENTI, CAVSÆ inquam CAVSARVM alia secunda causa ad existendum; quia illa ipsa est causa existentiæ suæ in causa absolutissima & simplicissima. *Ante numerum verò unitatis quod numerare poteris?* ac si diceret, Terminus numeri non cadit nisi in rem cui est entitas, non vero in rem cui NON-ENS: sed in quantum ipsa æquat omnia propterea vocatur una. Quapropter *& ante numerum unitatis quid numerare poteris?* Postquam etiam numerus unitatis non recte attribuitur quoque CORONÆ SVMMÆ nisi in quantum ipsa est æquatio maximè perfecta: & non ex parte dimensionis & numeri qui in prædicamento quantitatis ponitur. Si ita res se habet quæ vero dictio aut quis terminus CAVSÆ CAVSARVM poterit attribui, ut verè & dignè de ea prædicetur? Verùm terminus æquationis qui in hoc loco

de

de CORONA SVMMA prædicatur, non est ejusdem rationis & modi qui dicitur ratio & modus modorum qualitatis quia terminus qualitatis non cadit nisi in rem corpoream quæ accidens quoque est.

Tykun. 70. lib. 1. fol. 133. col. 2. super vers. 14. Psal. 71. כ׳ ב׳ חשק, id est, *Quia in me propensus est amore*: Tres literæ initiales harum dictionum, sunt eædem initiales כ׳תר ח׳כמה ב׳ינה id est, CORONÆ (summæ) SAPIENTIÆ, INTELLIGENTIÆ.

תקונא ע׳ סא׳ דף קלג׳ עמו׳ ב׳ על הקרא כ׳ ב׳ ח׳שק תהלים צא׳: אמר בעל תקוני זוהר כ׳ ב׳ ח׳שק ואפלטהו ראשי תיבין דאינון כתר חכמה בינה:

RITTANGELIVS.

Refert Author Regium prophetam David mentem suam in Spiritu sancto ad sanctissimam TRIVNITATEM *levasse, eò quod mysterium sanctißimæ* TRIVNITATIS *ex iisdem initialibus literis harum trium dictionum* כי בי חשק *tali modo elici poßit, quod hæ tres hujus versiculi dictiones iisdem gaudent literis initialibus quibus & tria sanctißimæ* TRIVNITATIS *attributa cognomina* כתר COR. SVMMA חכמה SAPIENTIA בינה INTELLIGENTIA. *Exempli gratia,* כי בי חשק *prima dictio* כי *eadem gaudet initiali litera nempe* כ *qua &* כתר. *Secunda dictio* בי *gaudet in initio litera* ב *sicuti* בינה: *tertia dictio* חשק *in initio gaudet litera* ח *qua litera &* חכמה. *Ecce omnes harum trium dictionum hujus 91. Psalmi versus initiales literas easdem esse, à quibus & sanctißimæ* TRIVNITATIS *attributa tria cognomina incipiunt.*

In libro 1. Tykune Sohar. fol. 64. col. 1. Tykun 25. fol. 126. col. 2. Tykun 70. fol. 123. col. 2. fol. 117. col. 1. Tykun 69. fol. 21. col. 2. Tykun. 1. fol. 82. col. 1. Tykun. 38. Dicit R. Simeon filius Iochaji: Et in alio loco dicit Scriptura VNVM loquutus est Deus DVO hæc audivi: Psal. 62. v. 12. Quare hoc? Dixit R. Simeon, R. Luci illi beatæ, Senex, Senex: audivimus quod filio hominis dederit DEVS sanctus benedictus sit ille tria vincula SPIRACVLVM, SPIRITVM & ANIMAM: SPI-

בספר א׳ תקוני זוהר דף סד׳ ע׳ א׳ תקונ׳ כה׳ דף קכו׳ ע׳ ב׳ תקונ׳ ע׳ דף קכג׳ ע׳ ב׳ דף קיז׳ ע׳ א׳ תקונ׳ סט׳ דף כא׳ עמ׳ ב׳ תקונ׳ א׳ דף פב׳ ע׳ א׳ תקונ׳ לח׳ אמר רבי שמעון בן יחאה: ובאתר אחרא אמר קרא אחת דבר אלהים שתים זו שמעתי תהלי׳ סב׳ מאי האי אמר רבי שמעון רבי בוצינא סבא סבא שמ

SPIRACVLVM, de ſolio gloriæ, inde quoque deſcendit DIVINITAS SVPERIOR. SVMMA trium NVMERATIONVM SVPERIORVM de quibus dicitur, VNVM loquutus eſt Deus DVO hæc audivi. VNVM & DVO ſunt TRES NVMERATIONES SVPERIORES de quibus dicitur VNVM, VNVM, VNVM: TRES *ſunt* VNITATES: & ecce VNVM ſunt. Et hoc eſt myſterium. VNVM loquutus eſt Deus DVO hæc audivi.

שמענו דבר נש יהיב בירה הקבה תלרת קטירין נשמתא ורוחא ונפשא נשמתא מכורסיא יקרא תמן נחיתרת שכינתא עלאה כלילא מתלת ספירן עלאין ועליהו אתמר אחרת דבר אלהים שתים זו שמעתי אחרת ושתים הא תלת ספירן עלאין דאתמר בהון אחרת אחת אחת תלרת אחדין ודא איהו אחת דבר אלהים שתים זו שמעתי:

In lib. 1. Tykune Sohar fol. 126. col. 1. ſuper illa Pſal. 121. v. 1. verba: *Levabo oculos meos ad montes* מאין *veniet auxilium meum*, dixit R. Simeon filius Iochaji: Dum viſionẽ in Spiritu Sancto David habebat, & *prophetico ſpiritu* videbat, fore ut ſubduceret ſe אין NON-ENS in captivitate ultima dixit: *Levabo oculos meos ad montes* מאין *de* NON-ENTE (*quod* מאין *alii* unde *interpretati ſunt*) veniet auxilium meum. Pſal. 121. א' *prima litera dictionis* אין, *quod* NON-ENS *ſonat*, *ſignificat* CORONAM SVMMAM, י', *ſecunda litera* SAPIENTIAM, ן, *tertia litera* INTELLIGENTIAM. Prophetico enim ſpiritu vidit quod non apprehenſuri eſſent ipſum *Scilicet* DEVM tribus orationibus, quas patres eorum inſtituerant, quæ vocantur MONTES DEI, dixit: *Levabo oculos meos ad* MONTES מאין *de* NON-ENTE *veniet auxiltum meum*, *& ſequitur*, *Auxilium meum à Domino*.

בספר א' תקוני זוהר דף קכו' עמ' א על הפס' תהיל' קכא': אשא עיני אל ההרים מאין יבוא עזרי: אמר רבי שמעון בן יחאה: וכד אסתכל דויד ברוחא דקדשא וחזא דאסתלק לאין בגלותא בתראה אמר אשא עיני אל ההרים מאין יבוא עזרי (תהלי' קכא') אין א' כתר עלאה י' חכמה ן' בינה חזא דלא הוו משיגין ליה בתלרת צלותין דתקינו אבהן דאתקריאו הרי ה' אמר אשא עיני אל ההרים מאין יבוא עזרי עזרי מעם ה':

(a) *Oratio est Iudæis* שמנה עשרה *dicta, quam stando, complicatis pedibus, manibusq; versus terram pendulis, facie ad orientem directa singulis diebus ter summa cum devotione recitare tenentur. Vocatur autem* שמנה עשרה, id est, (octodecim,) *eo quod octodecim collectas peculiares complectitur. Ex cujus collecta prima sequentia Verba desumpta sunt quæ Author libri Tykune Zohar citat & explicat supra fol. 53, ad quæ hic quoque alludit.*

Benedictus sis Tu Deus, Deus noster; Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob; Deus magnus, fortis & formidabilis, Deus Summus retribuens gratiam bonam & possidens omnia, & recordans gratiam parentum & adducens redemptorem filiis filiorum eorum, propter nomen suum in dilectione; Rex adjutor & Salvator & Clypeus &c.

ברוך אתה יי׳ אלהינו ואלהי אבותינו אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב האל הגדול הגבור והנורא אל עליון גומל חסדים טובים וקונה הכל וזוכר חסדי אבות ומביא גואל לבני ביניהם למען שמו כאהבה מלך עוזר ומושיע ומגן וגו׳:

Rabi Schabthe dicit: Et ecce nobis perspicuum est id quod explicavimus in capitibus prioribus Mysterium nempe, quod dixerint Sapientes Cabalæ seu Theologiæ Tres primarias (NUMERATIONES) quæ sunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA in æquali dignitate quasi summè UNUM quid esse. Animadvertendum quoq; est, quare dixerint eas in æquali dignitate *quasi* summè unum quid esse; & non dixerint UNUM propriè & simpliciter, quum tamen omnes NUMERATIONES sunt UNITAS, nisi ob hanc rationem. Licet enim tres primariæ CORONA SUMMA, SAPI-

ר׳ שבתי והנה מובן לנו ממה שפירשנו בפרקים הקודמים סוד שאמרו חכמי הקבלה כי ג׳ ראשונות כתר חכמה בינה חשובות כאחת ויש לדייק למה אמרו חשובו׳ כאח׳ ולא אמרו אחרת ממש שהרי כל הספירות הם אחדות אלא מטעם כי להיות שג׳ ראשונות כח״ב שהם ג׳ מוחות אינם אלא התגלות והתפשטות הנקודה הכלולה מן ג׳ בחינות בסוד א״ק אצ״א מ״ן

regno & imperio cœlesti. Quia antequam Lumen infinitatis, benedictum sit illud, emanare faceret EMANATIONES, ILLVD *solum in mediis & intrinsecis penetralibus Essentiæ suæ implevit omnia secula, ita ut nullus locus vacuus esset. Cui ergo* ILLE *manifestaret Divinitatem suam & magnificentiam pulchritudinis suæ, qui implevit omnia secula suæ ipsius Essentiæ Ipseitate & fulgoris luminis sui splendidi, & splendidissimorũ omnium splendidissimi splendore? vel quomodo gloriaretur & exaltaret &c. se ipsum supra se ipsum ut manifestaret se ipsum sibi ipsi? Et inde perspicuum est, quod sibi ipsi se manifestare non erat necessariũ. Et sic quem gubernaret, & super quem regnaret &c. & cui præciperet ad exequendum munus regium? Certè non convenit dicere quod gubernaverit se ipsum; vel quod regnare fecerit se ipsum super se ipso: Et sicuti non convenit dicere quod regnare fecerit se ipsum super se ipso, sic etiam non convenit dicere, quod manifestaverit se ipsum sibi ipsi. Et Sapienti sat. Tantum monendum te esse censui, ne forte impingeres & diceres quod absit: Si ita? Ergo* NECESSE FVIT *creare omnes hos mundos: Diximus enim jam supra quod ex voluntate absolutissimâ gratuitæ Misericordiæ & bonitatis suæ* EMANARE *fecerit ipseitatem suam è mediis & intrinsecis penetralibus* ESSENTIÆ *suæ, ut ostenderet bonitatem suam & intima præcordiorum suorum viscera intimosque thesauros gratuitæ misericordiæ suæ omnibus creaturis suis, & non propterea quod ille indigeret iis, sed ut in multitudine miserationum suarum ostenderet*

בעצמו דהיינו על מדותיו טובות
או רעות לכבוש את יצרו או על
בני ביתו אמנם אין כוונתנו לדבר
בזאת ההנהגה כי אם בממשלה
וההנהגה שהיא קצת דומה לממשלת
מלכות שמים והנהגתה כי קודם
אצילותו אין סוף ברוך הוא האצילות
הוא בתוך ובאמצע עצמותו לבדו
היה ממלא כל העולמות עד שלא
היה מקום פנוי ולמי יגלה זה
אלקותו וגדולת תפארתו אשר הוא
ממלא הכל בכבוד עצם עצמותו
ובזיו זוהר אורו הצח והמצוחצח או
איך יתפאר ויתגדל את עצמו על
עצמו כדי לגלות את עצמו לעצמו
ומזה נראה כי לעצמו אינו צריך
גלוי וכן למי ינהיג או על מי ימלוך
או על מי ימשול וירדה או את מי
יצוה לעשות את דבר המלך בודאי
אין שייך לומר שינהיג את עצמו
וימשיל עצמו על עצמו וכמו שאינו
שייך לומר שהמליך את עצמו על
עצמו כך אינו שייך לומר שגילה
את עצמו לעצמו ולמבין די אך
ראיתי להזהירך שלא תכשול ותאמר
חס ושלום אם כן היה מן החיוב
לברוא כל העולמות האלה על כן

deret illis bonitatis suæ magnificentiam & fortitudinem (sicuti hæc omnia explicabimus dilucidè DEO *volente, peculiari tractatu) & hac ratione exivit decretum è penetralibus voluntatis* SVMMI REGIS *creare mundos istos, qui non sunt de gradu dignitatis ipseitatis suæ ut manifestaret divinitatem suam illis, ut regnaret super illos tanquam Rex omnium magnificentißimus, & regeret illos sicuti* REX *qui regit populum Regni & Provinciæ suæ per Principes & duces &c. Et sic etiam super hunc mundum inferiorem creavit quasi Duces & Principes Archiduces & Reges & Præfectos qui in gradu multò inferiori essent ipso, qui summa quadam celeritate festinant ad exequendum decretum, præcepta & mandata summi Regis sui. Quia sunt tanquam præfecti & servi, per quos juxta absolutißimam suam voluntatem ipse regit vilem hunc mundum. Et creavit eos unum altero superiorem, & unum è regione alterius, & ut unus declinet ab altero motibus & operationibus suis appropriatis, unumquemque ad officium suum ad custodiendum costodiam suam: Et creator eorum nominatim eos vocat ad opera & officia eorum destinata. Duodecim quoque signis cœlestibus impertit de virtute eorum, omnibusque celsißimis cœli stellis fixis Vnius circuli, qui circumfert eas juxta lineam Eclipticam circuli Zodiaci, qui quasi dimicantes intra se & cum reliquis stellis errantibus & signis cœlestibus ad faciendum, summa quadam festinatione & promptitudine voluntatem creatoris eorum, ad dandum de virtute sua super inferiora juxta absolutißimam*

eius

אמרנו לעיל ברצונו הטוב והפשוט האציל את עצמותו מתוך ואמצע עצם עצמות עצמותו להראות טובו ועצם חסדיו לכל בריו שלא לצרכו אלא׳ ברוב חסדיו להראות להם טובו גדולתו וגבורתו כאשר יתבאר כל זאת באר היטיב אם ירצה השם בפיר׳ בפני עצמו ומטעם זה יצאה גזירה וצווי ממגנזי רצונו הפשוט של מלך העליון לברוא העולמות האלה שאינם במדריגות עצמותו באופן שיגלה להם אלהותו שימשול עליהם כמלך אדיר על כל אדירים וינהיג אותם כמלך המנהיג את עמו במלכותו ובמדינתו על ידי שריו ופקידיו גם למעלה מעולם השפל הזה ברא מלכים ושרים פרתמים ועבדים ופקידים שהם במדריגות למטה ממנו אשר ממהרים לעשות דבר המלך העליון וצווי וגזרתו כי הם כפקידים ועבדים אשר על ידיהם כרצונו הפשוט הוא מנהיג העולם השפל הזה ובראם זה למעלה מזה וזה נוכח זה לנטות זה מזה בהליכותיהם ובפעולותיהם המיוחדים להם כל אחד מהם על מכונתו לשמור משמרתו ובוראם בשם קוראם איש על עבודתו ועל משאו ועל שנים עשרה מזלות האציל מכחם וגם נתן עליהם מהודם ולכל כוכבי שחק העליונים

הינוקים

ejus voluntatem in gubernatione mundi hujus vilissimi. Et posuit Excelsos desuper Excelsos; & Excelsos posuit super eos, qui essent tanquam principes provinciarum & præfecti imperantibus populo. Verum & hi omnes sicuti reliqui omnes mundi divisi & distincti sunt divisione & distinctione perfecta à mundo Archetypo seu divino, quia mundus Archetypus seu Divinus non innovatus, neque creatus, nec formatus, nec fabricatus est sicuti reliqui omnes mundi (mundus nempè CREATIONIS, *mundus* FORMATIONIS *& mundus* FABRICÆ *de quibus infra) sed de* IPSEITATE INFINITATIS (*benedicta sit illa*) EMANARVNT *omnes* EMANATIONES, *quæ vocantur in libro Iezirah Decem* NVMERATIONES *istius nempè* INEFFABILIS, *de quo nobis hic sermo est: Et nihil aliud sunt quam* IPSEITAS *ejus; quia de medio & intrinseco* IPSEITATIS *& de* RECESSV INTIMORVM PENETRALIVM *ejus, summeque ipsissima ejus intrinseca* IPSEITATIS SVBSTANTIA EMANARVNT. *Exempli gratia 620 columnæ luminis splendidissimi, quæ sunt flamma* INFINITATIS *ejus, & quæ efflammant è medio* IPSEITATIS CORONÆ SVMMÆ *nibil aliud sunt, nisi ipsissima ejus substantia ipseitas: Sic & 73 scintillationes luminis absconditi quæ trahuntur in* SAPIENTIAM, *& 67 lumina delubrorum absconditorum in mysterio quinquaginta portarum* INTELLIGENTIÆ, *nihil aliud quoque sunt, nisi ipsissima Essentia ejus ipseitas. Quia omnia hæc de ipsissima ipseitate* IN-

FINI-

היונקים ביניקתו של גלגל אחד אשר
הוא מקבלם על קו חשב אגודתו כאלו
נלחמים איש ברעהו ועם שאר כוכבי
לכת ומזלות לאחר רצון קונם לתת
מכחם על התחתונים כפי רצונו הפשוט
להנהגת העולם השפל הזה ושם גבוהים
מעל גבוהים וגבוהים שם עליהם שהם
כשרי מדינות ופקידים שרודים את העם
אמנם גם הם כשאר כל העולמו' נפרדים
בפירוד גמור מעולם האצילות כי העולם
האצילות לא נתחדש ולא נברא ולא נוצר
ולא נעשה כאשר שאר כל העולמות
עולם הבריאה עולם היצירה ועולם
העשיה רק הם מעצמות אין סופו ברוך
הוא נאצלו כל האצילות הנקראות בספר
יצירה י' ספירות בלימה ואינם דבר
אחר חוץ מעצמותו כי מתוך ואמצע
עצמותו ומכמנים אמציעותו ומתכלית
פנימיות עצם עצמות עצמותו נאצלו
המשל בזה הדרך' עמודי האור הבהיר
שהם שלהבות אין סופו המתלהבים
מתוך עצמותו של כתר עליון אינם דבר
אחר זולתי עצם עצמות עצמותו וכן ע' ג'
שלהבות אור הגנוז הנמשכים בחכמה
וס"ז' אורות בחיכות הגנוזות בסוד נ'
שערי בינה אינם רק עצם עצמות
עצמותו כי הכל מעצם עצמות אין סוף

ברוך

FINITATIS, (*benedicta sit illa*) EMANARUNT. *Et affluentia uniuscuiusque* NUMERATIONIS *per se, quæ deducitur de virtute* INFINITATIS *in eam* (*benedicta sit illa*) *sicuti invenies in libro* רזי לי רזי לי *Et in libro* רזיאל *& in libro* גדול ה׳ ומהלל מאד *&* ימין ה׳ רוממה *&c. Tantum quod in virtute* INFINITATIS *ante* EMANATIONEM *earum illæ sunt abscondita* POTENTIA ET VIRTUTE *summè perfecta: post* EMANATIONEM *verò earum illæ sunt in manifesto* ACTU *summè perfecto, & hoc* RESPECTU CREATORUM *vide supra fol. 76. 77. 78. & 79. Et ex his verbis meis uti & reliquorum antiquorum Sapientum, quos hic adduxi facilè perspicies* UNITATEM EMANATIONUM: *Quamvis enim decem* NUMERATIONES *emanarint, tamen Dominus, summè unus dominatur è habitaculo sanctitatis suæ in omnes mundos inferiores à mundo Archetypo seu divino. Et hunc summum in Deitate* ORDINEM *vocarunt antiquiores, sicuti & ipse Author libri Iezira* INEFFABILE: *Recentiores verò uti & quidam ex antiquioribus* INFINITATEM *seu* NON HABENS FINEM *aut* NON-ENS *eo quod non comprehenditur. Postquam verò videam quod omnia hæc mysteria ab invicem dependeant & inter se connexa sint ut tutius possis incedere viam tuam & ne impingas, visum est mihi adducere quasdam opiniones virorum celebrium; & sententias eorum cum formalibus verbis in explicatione horum my-*

ברוך הוא וכן שפע כל ספירה
וספירה בפני עצמה הנמשך מכח
אין סוף ברוך הוא כאשר תמצא
בספר רזיאל ובספר ימין ה׳
רוממה: אך זהו שבאין סוף ברוך
הוא הם גנוזים בכח תכלית גמור
ואחרי אצילותם הם כמו גלויים
בפועל תכלית גמור ומתוך דברי
ודברי כל החכמים הקדמונים
אשר הבאתי בספר הזה תבין
אחדות האצילות ואעפי׳ שי׳ ספירות
נאצלו שאדון יחיד הוא המושל
ממעון קדשו בכל העולמות
שלמטה מעולם האצילות וזאת
המעלה העליונה בעצם האלהי
קראוהו הקדמונים וגם בעל ספר
יצירה בלימה והאחרונים כאשר
גם קצת מהקדמונים אין סוף
מפני שאין לה השגה ואחרי
שראיתי כי כל הסודו׳ האלה
נמשכים זה אחר זה וקשורים זה
בזה וכדי שתלך בטח דרכיך
ושלא תכשול נראה לי להביא
קצת דעות אנשי השם ומאמרם
ולשונם מלה במלה בביאור
הסודות האלה דהיינו בסוד עשר
ספירות בלימה שהם כתר חכמה

בינה

mysteriorum, hoc est, in mysterio Decem NVMERATIONVM, *præter illud* INEFFABILE (*quæ sunt* CORONA SVMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA, MISERICORDIA *seu* MAGNIFICENTIA, SEVERITAS *seu* FORTITVDO, CLEMENTIA *seu* PVLCHRITVDO, TRIVMPHVS *seu* ÆTERNITAS, GLORIA, FVNDAMENTVM *&* REGNVM.) INEFFABILE *verò* ILLVD *indigitat ipseitatem earum in lumine* INFINITATIS, *quod alii* NON-ENS *vocarunt: Quia de ea* EMANARVNT *omnes* NVMERATIONES *& innexæ sunt ei, sicuti flamma innexa est Carboni. Et illa est quæ facit emanare eas, illæ verò nihil aliud sunt quam ipseitas ejus & manifestatio* INFINITATIS *ejus (benedicta sit illa) sicuti explicavimus Celsitudinem & sublimitatem ejus juxta tenuitatem intellectus nostri supra, & sicuti adhuc explicabimus subsequentibus aliquorum Theologorum Hebræorum qui inveniuntur in bibliotheca mea, qui accinxerunt se robore ad prosequendum justitiam & rectitudinem & sermonem in puritate sua sistendum. Et ecce tibi opinionem antiquorum, quia per hanc ascendit in mentem meam illuminare oculos intellectus tui speculativos. Priusquam vero de monte montis altissimi ad summam omnium profunditatum abyssum mysterii Decem* NVMERATIONVM *descendam, scias quod distinguantur in duo speculationum delubra distincta, & eam ob causam adducam opiniones, sententias & speculationes eorum in re tam admirabili & summè abscondita atque profunda, si manus Domini in bono fuerit super nos. Deus summus auxilio erit ad gloriam suam.*

בינה גדולה גבורה תפארת
נצח הוד יסוד מלכות ולשון
בלימה מורה על עצמות אור אין
סוף ברוך הוא כי ממנו נאצלו
כל הספירו' והאורים בו כשלהבת
האורה בגחלת והוא המאציל
והם אינם אלא עצמותו והתגלות
אין סופו ברוך הוא כאשר פירשנו
מעלתו וגדולתו כפי חלושת יד
שכלנו לעיל וכפי דעת חכמי
הקבלה שהם במלתחה שלי אשר
נתאזרו חיל לרדוף הצדק והיושר
ולהעמיד דבר על בורו והנה לך
דעת הקדמונים כי מתוכה עלה
ברצוני להאיר עיני רעיוני שכלך:
וקודם שנרד מהר ההר הגבוה אל
תכלית תחתית כל התהומות סוד
עשר ספירות בלימה תדע שהם
נחלקים לשתי בחינות חלוקות
ועל זה הבאתי דעתם וסברתם
ועיונם בענין נפלא ועמוק עד
מאד כי יד ה' הטובה עלי השם
ית' יעזרני לסיים לכבודו:

In Tykunin Zohar. Aperuit Eliahu & dixit: *Domine Mundorum!* TV ES ISTE VNVS *extra numerum; Tu es excelsus super omnes excelsos, absconditus omnium absconditorum: Nulla mens te omnino apprehendere valet. Tu es qui produxisti Decem* ORDINES *& vocamus eos* NVMERATIONES, *ad illuminandum in eis mundos absconditos, qui non revelati sunt & mundos qui revelati sunt: Et in iis te abscondis à filiis hominum, & Tu es qui annexus es eis & unis te iis: Et quoniam tu es in intrinseco, quicunque separat unum ab alio ex istis decem, reputatur ipsi ac si separasset* TE IPSVM. Hucusque formalia Authoris quæ faciunt ad propositum nostrum; quamvis paragraphus iste ibi longè prolixior sit, tamen absconditus & reconditus latet in thesauris nostris ad faciendum ipsi tractatum peculiarem in quo explicabitur mysterium quatuor mundorum, & sunt MVNDVS EMANATIONIS seu DIVINVS, MVNDVS CREATIONIS, MVNDVS FORMATIONIS, & MVNDVS FABRICÆ: Et ecce hic explicabimus paragraphum hunc, si manus Dei in bono fuerit super nos. *Domine Mundorum*, in plurali numero loquitur, & non Domine mundi, vel Dominator ejus, scilicet hujus mundi, sicuti mos linguæ est in cæteris omnibus locis: Quia hoc nomen formale *Domine Mundi*, est nomen formale Principis hujus mundi: Ipse vero est Dominus, Princeps & Imperator qui Dominatur

בתיקוני הזוהר פתח אליהו ואמר רבון עלמין דאנת הוא חד ולא בחושבן אנת הוא עילאה על כל עילאין סתים על כל סתימין לית מחשב׳ תפיסה בך כלל אנת הוא דאפיקת עשר תיקונין וקרינן לון ספירין לאנהרא בהון עלמין סתימין דלא אתגלייא ועלמין דאתגלייא ובהון אתכסיי׳ מבני נשא ואנת הוא דקשיר לון ומייחד לון ובגין דאנת מלגאו כל מאן דאפריש חד מחבריה מאלין עשר אתחשיב ליה כאילו אפריש בך עכ״ל המצטרך לענייננו והמאמר שם יותר בארוכה אבל הוא כמוס וגנוז באוצרותינו לעשות לו שער בפני עצמו שבו יפורש סוד ד׳ עולמות שהן אצ״לות בר״אה יצ״ירה עש״יה והנה נפרש המאמר כיד ה׳ הטובה עלינו: רבו״ן עלמין לשון רבים ולא אמר רבון עולם או רבונו של עולם כמו שהוא סדר הלשון

natur

natur in virtute & potentia sua mundis superioribus hoc mundo. sic enim virtus INFINITVDINIS extenderet se tantummodo super mundum fabricæ (qui est mundus sphærarum seu orbium cœlestium & omnia quæ in eo sunt usque ad centrum terræ) hoc est ad mundum hunc, mundum nempè inferiorem. Eliahu verò propheta non loquitur hoc in paragrapho de ratione principis hujus seculi, sed loquitur de INFINITVDINE, benedicta sit illa, quæ est ENS ENTIVM & CAVSA CAVSAVM; & de EMANATIONE decem NVMERATIONVM ejus, quas EMANARE fecit, benedicta sit illa: Et de CREATIONE mundorum quos CREAVIT, benedicta sit illa, & de FORMATIONE mundorum quos FORMAVIT benedicta sit illa, & de FABRICA mundorum quos FABRICAVIT benedicta sit illa; sicuti explicabitur mysterium horum mundorum in tractatu mysterii אביע. Et ob hanc causam INFINITVDO benedicta sit illa, quæ est ENS ENTIVM & CAVSA CAVSARVM, dicitur Princeps, Dominus & Imperator omnium mundorum, quatenus ab ea omnes emanarunt & creati & formati & fabricati sunt. Et propterea dicit *Domine mundorum* in plurali numero, ac si diceret Domine & Imperator omnium mundorum, Tu es iste &c. Animadvertendum quoque est quæ sit ratio, quare dixerit

הלשון בכל מקום מפני כי שם תואר רבון עולם הוא שם תואר לשר של עולם שהוא אדון ושר המושל בכח העולמו' שלמעל' ממנו ובכח אס בה על עולם העשייה לבד שהוא עולם הגלגלים וכל מה שבתוכו עד טבור הארץ דהיינו עולם הזה עולם התחתון ואליהו הנביא אינו רוצה לדבר עתה בזה המאמר מעניין שר של עולם הזה אבל רוצה לדבר מאין סוף ברוך הוא שהוא עילת כל העילות סבת כל הסבות ומאצילות עשר ספירותיו שהאציל ברוך הוא ומבריאת העולמות שברא ברוך הוא ומיצירת העולמות שיצר ברוך הוא ומעשיית העולמות שעשה ברוך הוא כאשר יתבאר סוד אלו העולמות בשער סוד אביע אשר מטעם זה אס בה שהוא עילת כל העילות וסבת כל הסבות הוא השר והאדון והרבון של

rit דאנת (Tu es) cum ד, nempè ad indigitandum ut attendamus quod ratio hujus ſint quatuor mundi. Et adhuc animadvertendum eſt quod dictio דאנת prædicet de præſenti aliquo: proximè ſequens vero dictio הוא, de abſente, & ecce in hiſce duabus ſibi proximè ſequentibus dictionibus דאנת הוא inconvenientia quædam videtur apparere. At viſum eſt explicare, eò quod Eliahu vocavit INFINITATEM, benedicta ſit illa, nomine hoc formali *Dominum mundorum,* quaſi cognoviſſet & apprehendiſſet eam. Quoniam quodcunque vocatur ab aliquo nomine formali, illud comprehenditur ab eo & notum eſt IPSI, qui nominat illud hoc nomine formali. Exempli gratia: Si Re-uben volueris nominare formali nomine ſapientem, quare ipſum Re-uben vocas ſapientem? niſi comprehenſus & notus eſſet tibi hoc nomine, & noſti in eo eſſe ſapientiam, quapropter eum hoc nomine vocas ſapientem. Sic etiam nominas Simeonem formali nomine juſtum, eò quod jam ſcis quod ipſe exerceat juſtitiam & propterea vocas eum nomine formali juſtum. Et ſi non eſſet apprehenſus & notus tibi Re-uben quod in illo eſſet ſapientia non nominares eum hoc nomine formali ſapientem: Sic etiam ſi non eſſet comprehenſum & notum apud te quod Simeon exerceret juſtitiam non nominares

eum

כל העולמות כאשר כלם ממנו נאצלו ונבראו ונוצרו ונעשו על כן אמר רבון עלמין לשון רבים רוצה לומר ארון ורבון של כל העולמות דאנת הוא יש לדעת מה נתינת טעם שאמר דאנת בדלת דמשמע שהוא נתינת טעם ארבון עלמין ועוד יש לדייק שמלת דאנת משמעו לנוכח ומלת הוא הסמוך, למלת דאנת משמעו לנסתר והרי נוכח ונסתר בשני מלות סמוכים זה לזה שלא כראוי ונראה לפרש מפני שאליהו קרא לאין סוף ברוך הוא בשם תואר רבון עלמין כאלו ידעו והשיגו. כי כל דבר שיקרא בשם תואר הוא מושג ונודע להקורא אותו בתואר ההוא המשל בזה כשאתה קורא לראובן בתואר חכם למה אתה קורא לראובן חכם אלא על שם שהוא מושג ונודע אצלך וידעת בו שיש בו חכמה על, כן קראת אותו בשם

תואר

eum nomine formali justum. Et ecce INFINITVDINIS, benedicta sit illa, tam juxta mentem Philosophorum quam juxta mentẽ Theologorum nulla est notio aut apprehensio neque forma alicujus similitudinis ne charactere quidem vel apice unico præ maximo luminis ejus in latibulo infinitatis recessu, benedicta sit illa, cujus nec finis est nec terminus. Quapropter etiam Theologi vocarunt eam INFINITVDINEM eò quod nullus finis nec terminus detur ad apprehendendum eam, caligat enim & deficit intellectus ad apprehendendum aut percipiendũ in ea aliquam notionem & apprehensionem. Sicuti propheta dicit: *Cui me assimilabitis?* hoc est; quum me nullo modo apprehendere possitis, cui me ergo assimilabitis? quia nulla vobis datur apprehensio mei. Si ita? juxta hanc positionem difficultas oritur erga Eliahu: quomodo Eliahu attribuerit IFNINITVDINI, benedicta sit illa, nomen formale Domine mundorum quasi comprehendisset & cognovisset & intellexisset eam. Ad solutionem verò hujus difficultatis respondet Eliahu duabus hisce immediatè subsequentibus dictionibus דאנת הוא (TV ES ISTE.) Quasi diceret Quamvis in INFINITVDINE nulla planè sit auprehensio, ita ut etiam non convenienter prædicetur de ea aliquod nomen, omnibus modis tamen respectu operatio-

num

תואר חכם וכן כשאתה קורא לשמעון בתואר צדיק על שם שידעת בו שעושה צדקות קראת אותו בשם תואר צדיק ואלו לא היה מושג ונודע אצלך בראובן שיש בו חכמה לא היית קורא אותה בשם תואר חכמה וכן אלו לא היה מושג ונודע אצלך בשמעון שעושה צדקה לא היית קורא אותו בשם תואר צדיק והנה אין סוף ברוך הוא בין לפי דעת הפילוסופים בין לפי דעת המקובלים אין בו שום ידיעה והשג' ולא ציור ולא דמיון אפילו אות או נקודה לגודל העלמת אורו ברוך הוא שאין לו סוף ותכלי' עד שבעבור זה קראוהו חמקובלי' אין סוף רוצה לומר שאין סוף ותכלי' להשיגו כי יחשך וילאה השכל להשכיל ולהשיג בו שום ידיע' והשגה כמו שאמר הנביא אל מי תדמיוני רוצה לומר מאחר שאין אתם משיגין אותי בשום דבר בעולם אם

כן

num ſuarum, (quod nempè emanare fecerit mundum Emanationis, & creaverit mundum Creationis qui eſt ſolium Gloriæ, & formaverit mundum formationis, qui eſt mundus Angelorum, & fabricaverit mundum fabricæ, qui comprehendit in ſe orbes cœleſtes & quæcunque in eis ſunt, & omnia opera Creationis uſque ad Centrum terræ, ſicuti explicabimus iſtos quatuor mundos auxilio Divino) omnes iſti quatuor mundi teſtimonium perhibent & annuntiant uno ore, Deus unus creavit nos, Deus unus formavit nos, Deus unus fabricavit nos, & ex hac parte innotuit nobis & apprehenſus eſt à nobis & notus eſt nobis ac ſi præſens eſſet oculis noſtris & è regione facierum noſtrarum, plena enim eſt omnis terra gloria ejus. Et influentia ejus quæ innovat ſingulis diebus jugiter opera creationis quod oculis noſtris cernimus omni tempore, cunctis horis & ſingulis momentis. Et quotquot creaturæ creatæ ſunt & factæ atque innovatæ ſunt, & innovator earum non innovat ſe ipſum? alioquin non vocaretur innovans ſed innovatum. Sic n. neceſſario ſequeretur quod innovator alius eſſet præter eum, qui opera-
retur

כן אל מי׳ תדמיונו שהרי אין
לכם השגה בי ואם כן לפי
הנחה זו יקשה על אליהו איך
נתן אליהו לאין סוף ברוך הוא
שם התואר עד שתיארו בשם
תואר רבון עלמין כאלו השיגו
וידעו והכירו וכדי לתרץ זה
אמר אליהו דאנ״ת הוא רוצה
לומר הגם שבאין סוף ברוך
הוא אין בו שם השגה כלל
עד שלא יתכן לומר עליו שום
שם עם כל זה על ידי
פעולותיו שהאציל עולם
אצילות וברא עולם הבריאה
שהוא כסא הכבוד ויצר
עולם היצירה שהוא עולם
המלאכים ועשה עולם
העשייה שהוא כולל הגלגלים
ומה שבתוכו וכל מעשה
בראשית עד טבור הארץ
כאשר נפרש אלו ד׳ עולמות
בסיעתא דשמיא כל אלו ד
עולמות המה יעידון וינידון
פה אחד אל אחד בראנו
ואל אחד יצרנו ואל אחד עשנו אשר מצדם הוא מושג ונודע
לנו כאלו הוא לנוכח עינינו ונגד פנינו כי מלא כל הארץ
כבודו

retur in eo qui faceret ut eſſet & innovaret. Nulla enim res in hoc ſeculo exiſtit quæ efficit ſe ipſam. Et ſic mundus fabricæ nullo modo fecit ſe ipſum. Si ita?etiam te nolente eſt ipſi fabricator. Sic etiam mundus formationis nullo modo, formavit ſe ipſum, ſi ita? nolente te eſt ipſi formator. Et ſic mundus Creationis non creavit ſe ipſum; ſi ita? nolente te eſt ipſi creator. Et mundus Emanationis non emanare fecit ſe ipſum. Si ita? eſt qui emanare fecit illum : Et ex hac parte omnes teſtimonium perhibent & annuntiant quod *Excelſus deſuper Excelſum ſit cuſtodiens,& Excelſi ſuper eos.* Et ipſe eſt Princeps & Dominus omnium mundorum. Et ecce habemus duas partes apprehenſionis in INFINITATE (benedicta ſit illa) Hoc eſt, ex una parte quatenus nota & manifeſta eſt nobis reſpectu fabricatorum & formatorum & Creatorum & Emanatorum notione perſpicua & clara, quaſi ipſa è regione oculorum noſtrorum & coram faciebus noſtris eſſet conſtituta : Ex altera parte verò quod ipſa abſcondita & recondita ſit omnibus reſpectu eſſentiæ & quidditatis ſuæ (benedicta ſit illa,) ita ut nulla planè in ea ſit apprehenſio nec ulla omnino notio. Et ſicuti Divinus ille Philoſophus

כבודו ושפעו המחדש בכל
יום תמיד מעש׳ בראשית מה
שעינינו רואות בכל עת
ובכל שעה ובכל רגע וכמה
וכמה בריאות שנבראו ונעשו
ונתחדשו והמחודש לא יחדש
את עצמו שאם כן לא יהיה
נקרא מחודש אלא מחדש
אם כן על כרחך יש לו
מחדש זולתו חוץ ממנו הפועל
בו המהווהו והמחדשו כי אין
לך דבר בעולם שיעשה את
עצמו וכן עולם העשייה בכלל
לא עשה את עצמו א״כ על
כרחך יש לו עושה וכן עולם
יצירה בכלל לא יצר את
עצמו אם כן על כרחך יש לו
יוצר וכן עולם הבריאה לא
ברא את עצמו אם כן על
כרחך יש לו בורא והאצילות
לא האציל את עצמו אם
כן יש לו מאציל אשר מצד זה
כלם יעדון ויגידון כי גבוה
מעל גבוה שומר וגבוהים
עליהם והוא השר והארון והרבון כל העלמים והנה הם

phus dixit; *Summum quod novimus de te est, quod te non novimus.* Et de his duabus partibus dixit Eliahu דאנת הוא (Tv Es Iste) quasi defendendo antecedentia sua verba, diceret: Quod te nominaverim Dominum mundorum nomine formali quasi te apprehendissem, hoc est, ex parte דאנת (Quod Tv) vult dicere notus & manifestus es nobis respectu creatorum, nempè mundorum; ac si præsens esses oculis nostris & è regione facierum nostrarum. Quo ad secundam partem quatenus absconditus est ab omni apprehensione intellectus: Hoc est respectu essentiæ suæ: Quapropter dixit הוא (Iste) quod est cognomen absentis & absconditi: Tv Es Iste Vnvs Et Non Qvo Ad Nvmervm. Hæc explicabuntur & percipientur juxta illud quod dixerunt physici: Quod Ens Entivm & Cavsa Cavsarvm non sit sicuti Vnvm quod numeratur; quia virtus Infinitatis (benedicta sit illa) non est sicuti Vnvm Corporevm quod numeratur & supputatur cum cæteris corporeis rebus. Ratio est, si numerare voluerimuus corporea ad sciendum numerum eorum; unum, duo, tria, quatuor: quamvis enim Vnvm, numeretur & supputetur in principio ante numerum Dvo, Tria, Qvatvor, est tamen ipsi dignitas quædam & gradus prioritatis super illa, quod illud unum nume-

שני חלוקות בבחינת ההשג׳ באין סוף ברוך ;הוא דהיינו חלוקה אחת שהוא נגלה ונודע לנו מצד הנעשים והנוצרים והנבראים והנאצלים ידיעה מבוררת וגלוייה כאלו הוא לנגד עינינו ונוכח פנינו והלוקה שנית שהוא נעלם ונסתר מצד עצמותו ומהותו ברוך הוא עד שאין בו שום השגה וידיעה כלל וכמו שאמר פילסוף אלהי תכלית שנדעך הוא שלא נדעך ועל אלו שני חלוקות אמר אליהו דאנת הוא כמתנצל דבר רוצה לומר מה שקראתיך רבון עלמין בשם תואר כאלו השגתיך הוא מצד דאנת רוצה לומר שאתה נודע ונגלה לנו מצד הנבראים שהם העלמות כאלו אתה לנוכח עינינו ונגד פנינו ועל הלוקה שנית שהוא נסתר ;מהשגת השכל מצד עצמותו אמר הוא שהוא כנוי לנסתר ולהעלם דאנת הוא חד ולא בחושבן

העניין

numeratur in principio; omnibus modis tamen omnia numerata VNVM sunt, hoc est, quodlibet numeratorum Vnum per se est. Vnum enim quod primum est, cætera quidem ipsi similia sunt, quo ad quidditatem, qualitatem, & ipseitatem eorum, & nulla differentia aut distinctio est inter illa, nisi quod primum, quod prius est cæteris, nos vocamus VNVM, & subsequens cognominamus duo, & quod sequitur tria & sic de cæteris: quò ad essentiam eorum similia & æqualia & unum idemque sunt. Sic etiam res se habet in eo quod dicitur DOMINE MVNDORVM: INFINITAS (benedicta sit illa,) dicitur VNVM, verum non sicut VNVM CORPOREVM quod concurrit ad numerum, cui est SECVNDVM aliquid quod simile est ipsi; INFINITATI verò nõ est ipsi secundum aliquid aut simile ipsi, sicuti propheta dicit: *Cui me aßimilabitis?* Et propterea dicit Eliahu; TV ES VNVS ET NON QVO AD NVMERVM. Quia unum quod concurrit ad Numerum & supputationem reliqui, qui numerantur cum illo, similes sunt ipsi; verum VNITAS INFINITATIS (benedicta sit illa) non est ipsi secundus, quia non est similis ipsi, qui numerari possit cum illa. Ratio verò quod vocatur VNVM, est; quia ipsi est similitudo quædam numeri VNIVS secundum quid. Iuxta alium modum vult dicere, sicuti numerus VNIVS

העניין הזה יובן ויפורש על דרך
מה שאמרו חכמי המחקר כי
עילת כל העילות סבת
כל הסבות אינו כאחד
המנוי ופירושו כי אחדות אין
סוף ברוך הוא אינו כאחד
הגופני הגשמי שה' נמנ' ונספר
עם גשמיים גופניים אחרים
והטעם כשנספר הגשמיי' לידע
מספרם אחד שני שלישי
רביעי הגם שמספ' אחד נמנה
ונספר בראשונה קודם למספר
שני שלישי רביעי ויש לו
חשיבות ומעלה עליהם שהוא
נמנה כראש עכ"ז כל הנספרים
אחד האחד שהוא הראשון
הם דומים לראשון בעני'
מהותם ואיכותם ועצמותם
ואין הבדל והפרש ביניהם
אלא שהקודם והראשון
במספר אנחנו קוראים בשם
ראשון והבא אחריו בשם שני
והבא עוד אחריו בש' שלישי
וכן כלם ובעניין עצמותם הם
דומים ושווים מה שא"כ
ברבון עלמין אין סוף ברוך

est stabilimentum & fundamentum numeratorum post illum, quia nullo modo poteris numerare duo, tria, quatuor, nisi respectu VNIVS, primi inquam præcedentis: Exempli gratia, quum numeras aut supputas duo, non poteris numerare duo, nisi respectu VNIVS, primi inquam præcedentis, quod prius est illis: Si enim non esset VNVM, non essent duo. Et sic numerus Ternarius. Ternarius dicitur respectu primi, quod si non esset VNVM non essent tria, & sic numerus quaternarius, quaternarius est respectu primi, quod prius est illo; & sic omnes numeri dependent à primo, qui prior est, & si destruitur primum, destruuntur quoque omnes numeri post eum, quia omnes dependent ab eo, & ille est subsistentia eorum, sicuti explicavimus: Verum si destruuntur cæteri numeri post eum, VNVM tamen non destruitur; quia subsistentia ejus in se ipso est, non enim dependet à cæteris numeratis post eum. Sic etiam de INFINITATE: (benedicta sit illa) quia omnia creata & formata & fabricata dependent ab ea (benedicta sit illa) & illa est subsistentia eorum respectu affluentiæ quæ affluit ab ea jugiter supra illa: quod si destrueretur, quod absit, affluentia ista uno momento, omnia simul destruerentur: verum illa & affluentia ejus non dependent ab his; etiamsi enim destruerentur & privarentur omnia ipsa

non

הוא שהוא אחד ואינו כאח׳ הגשמי הבא במספר ויש שני לו ודומה לו כי אין שני לו ודומה לו כמו שאמ׳ הנביא ואל מי תדמיוני ועל זה אמ׳ אליהו אנת הוא חד ולא בחושבן כי אחר הבא בחושבן ובמספר יש אחרים הדומי׳ לו ונספרים עמו אבל אחדות אין סוף ברוך הוא אין שני לו כי אין דומה לו שיהיה נספר עמו והטעם שנקרא אחד מפני שיש לו דמיון מספר אחד מצד מה ומטעם אחר רוצה לומר כמו שמספר אחד הוא הקיום לנספרים אחריו כי לא תוכל לספור שני שלישי רביעי אם לא בערך האחד והראשון שלפניו המשל בזה כשאתה מונה וסופר שני אי אתה יכול למנות שני אם לא בערך האחד והראשון שלפניו וקודם לו כי אם אין ראשון אין שני וכן מספר שלישי הוא שלישי בערך הראשון שלפניו כי אם אין ראשון אין

שלישי

שלישי וכן מספר רביעי הוא
רביעי בערך הראשון שלפניו
וכן כל המספרים תלויים
באחד שהוא הראשון ואם
יבוטל האחד יבוטלו כל
הנספרים אחריו כי כלם
תלויים בו והוא קיומם
כדפירשנו אבל אם יבוטלו
הנספרים אחריו האחד הוא
לא יבוטל כי קיומו בעצמו
ואינו תלוי בנספרים אחריו
כמו כן הוא באין סוף ברוך
הוא כי כל הנבראים
והנוצרים ונעשים תלויים בו
ברוך הוא והוא קיומם בשפע
השופע ממנו תמיד עליהם
ובאם יבוטל חו׳ השפע ההוא
רגע אחד יבוטלו כלם ואבל
הוא ושפעו ברוך הוא אינו
תלוי בהם כי הגם שיעדרו
ויבוטלו כלם הוא לא יבוטל
חו׳ כעניין שא׳ הפסו׳ ה׳ למבול
ישב ה׳ מלך לעולם רוצה לומר הגם שהמבול השחית
והפסיד וביטל את העולם והחריבו עכ״ז לא הגיעה לו
ית׳ מהשחתה זה ובטול וחורבן זה שום השחתה ובטול

non destrueretur juxta illud quod scriptura dicit. *Deus in diluvio sedit, Deus Rex in æternum*, quasi diceret, etiamsi diluvio perdiderit & destruxerit & in nihilum redegerit mundum & devastaverit illum, tamen non appropinquavit ad eum perditio, destructio, privatio, aut ulla corruptio, aut damnum & devastatio aliqua. Et hoc est quod scriptura dicit: *Deus regnavit in æternum*, vult dicere, sessionem indigitare quietem & perfectionem, quia unaquæque commotio qua aliquid hinc & inde movetur, arguit defectum istius rei propter quam commovetur, quippe quæ deest ipsi; & conatur supplere defectum istum. Verum qui sedet & quiescit in quiete, hoc ipso ostendit quod perfectio ejus cū IPSO sit & quod nihil deficiat. Et hoc vult dicere quod Deus sanctus (benedictus sit ille) sedit in quiete & lætitia, in gloria & decore perfectionis suæ tempore diluvii, sicuti & ante diluvium. Ac si diceret: sicuti VNVM manet in subsistentia sua propria & non accedit ad eum aliqua corruptio aut damnum, etiam in corruptione & abolitione cæterorum numeraratorum post eum, sic quoque non appro-

appropinquat ad Deum ſanctum (benedictus & exaltatus ſit ille) ulla privatio & corruptio, etiam in corruptione & privatione omnium creatorum (quod abſit.) Et hoc eſt quod Eliahu (cujus memoria ſit in benedictione) dicit אנת הוא חד (TV ES ISTE VNVS) vult dicere, ex hac parte eſt ipſi tenuis aliqua ſimilitudo VNIVS, quod vivit & ſubſiſtit æternus in unitate perfectionis ſuæ, & ille eſt ſubſiſtentia & vivificatio & ſtabilimentum omnium mundorum juxta ſimilitudinem VNIVS ſicuti explicavimus. (TV ES EXCELSVS OMNIVM EXCELSORVM:) Hoc eſt, NVMERATIONES dicuntur EXCELSÆ; quia in excelſo mundi conſtitutæ ſunt in gradu & dignitate ſuper omnes dignitates (ſicuti explicavimus: Et ex affluentia animadvertendum eſt hoc.) ET TV ES EXCELSVS ſuper omnes in gradu & dignitate, quia TV ES ENS ENTIVM & CAVSA CAVSARVM; TV ES QVI EMANARE FACIS NV-

וחורבן חו̊ וזהו שא̊ ה̊ מלך לעולם רוצה לומר מלכותו קיים נצחי לעולמי עולמים כמו קודם המבול כך אחר המבול וזהו שאמר ה׳ למבול ישב רוצה לומר כי הישיבה מורה על המנוחה ושלימות כי מי שהוא מתנועע מורה על חסרון איזה דבר שנחסר לו מפני כך הוא מתנועע להשתדל להשלים לו חסרונו אבל מי שיושב ונח במנוח׳ מורה על ששלימותו אתו ואינו חסר דבר ורוצה לומר כי הקדוש ברוך הוא ישב במנוחה ושמחה בהוד הדר שלימותו בזמן המבול כמו קודם המבול רוצה לומר כמו האחד עומד בקיומו בעצמו ואין מגיע לו שום בטול והפסד אפי׳ בבטו׳ הנספרים אחריו כמו כן לא יגיע לו ית׳ וית׳ שום הפסד ובטו׳ חו̊ כביכול בהפסד ובטו׳ הנבראים וזהו שאמר אליהו זכרונו לברכה אנת הוא חד רוצה לומר מצד זה יש לו דמיון האחד שהוא חי וקיים נצחי באחדות שלימותו והוא הקיום והחיות והעמדה של כל העולמות כדמיון האחד כדפירשנו אנת הוא

עילאה על כל עילאין פי׳ הספירות הם עליונים עומדים ברומו של עולם במעלה וחשיבות על כל המעלות כדפירשנו כשפע יעיין משם ואתה עליון על כל במעלה וחשיבו׳ כי אתה עיל׳ כל העילו׳ וסבת כל הסבות אתה הוא המאציל והמה נאצלים אנ״ת סתי״ת על״ כל״ סתימ״ין פירוש הספירות הם נעלמים וסתומים מהשגת השכל להשכיל ולהשיג בהם מה מהותם שלכך אמרה המשנה בספר יצירה עשר ספירות בלימה פירו׳ בלי השגת מהות שלא נודע ולא מושג לשום בריה ולא לשום מלאך מהו מהותם ועצמותם של ספירות כי סתומים ונעלמים הם מהשכל. להשיג בהם איזה השגה ואתה יותר סתים ונעלם עד שאפילו הספירות שואלים איה מקום כבודו שאינו מושג אצל״ם מהות׳ אין סוף ברוך הוא וזהו שאמר

NVMERATIONES: (TV ES ABSCONDITVS OMNIVM ABSCONDITORVM) vult dicere, NVMERATIONES abſconditas & occultas eſſe ab omni apprehenſione intellectus, etiamſi quis omnes ingenii ſui nervos intenderet ad apprehendendum quidditatem earum: Propterea dicitur in hac Sectione libri Jezirah: Decem NVMERATIONES præter illud INEFFABILE, hoc eſt, præter illud cujus quidditas apprehenſionis prohibita eſt, quæ non nota fit nec apprehenditur ab ulla creaturarum nec ab ullo Angelorum quid ſit quidditas & ipſeitas earum, ſcilicet NVMERATIONVM; & occultæ & abſconditæ ſunt ab eis quò minus apprehendant & percipiant in eis apprehenſionem. Et TV multò magis abſconditus & reconditus es; ita ut etiam NVMERATIONES inquirant, ubinam locus gloriæ tuæ, quia non apprehenditur ab eis quidditas INFINITATIS (benedicta ſit illa.) Et hoc eſt, quod dicit: TV ES ABSCONDITVS OMNIVM ABSCONDITORVM NVLLA MENS TE OMNINO COMPREHENDERE VALET.) Cæterum ſi quis omnem mentem ſuam à cogitationibus corporalibus avertere, & in mente intellectus ſui for-

אנת

formam aliquam ſpiritualem concipere & efformare vellet, & ſibi imaginari quod ipſe aliquomodo ſimilis ſit iſti formæ quam delineaverit & conceperit in mente ſua; nulla tamen mens, forma aut delineatio eũ omnino comprehendere & repræſentare valet. TV ES ISTE QVI PRODVXISTI DECEM ORDINES: Hoc eſt INFINITAS fecit EMANARE & produxit de IPSEITATE SVA DECEM ORDINES, qui ſunt DECEM NVMERATIONES, inſtrumenta ORDINATIONIS SVÆ ad ordinandum mundos per quos Creator & formator & fabricator operatur in omnibus, quæ creavit in mundo CREATIONIS & quæ formavit in mundo FORMATIONIS & quæ fabricavit in mundo FABRICÆ. Vult indigitare: quod hæ decem NVMERATIONES ſint in INFINITATE tanquam inſtrumenta in manu artificis ad ORDINANDVM & CORRIGENDVM cum eis omnia opera ſua. ET VOCAMVS EOS NVMERATIONES: Hoc eſt; illos ordines, quos emanare fecit & produxit de ipſeitate ſua (benedicta ſit illa) vocamus nos NVMERATIONES. Hiſce Eliahu (cujus memo-

אנת סתים על כל סתימים׃
לית מחשבה תפיסה בך
כלל פי׳ שאין מושג ונתפס לא
במחשבה ולא בשום דמיון
כלל אפי׳ אתה רוצה להפשיט
מחשבת שכלך מכל מחשב׳
גשמיית ולצייר במחשבת
שכלך איזה ציור רוחני
ולתפוס במחשבתך שהוא
דומה לאותה ציור שציירת
במחשבתך עכ״ז אין שום
מחשבה וציור תופס בו כלל
וכלל׃ אנת הוא דאפיקת
עשר תיקונין פי׳ אין סוף ברוך
הוא האציל והוציא מעצמותו
עשר תיקונין שהם עשר ספירו׳
כלי תקוניו לתקון העלמות
שעל ידן בורא ויוצר ועושה
בכל מה שברא עולם
הבריאה ויצר עולם יצירה
ועשה עולם עשייה ורוצה
לומר שאלו עשר ספירו׳ הם
באין סוף ברוך הוא ככלי ביד האומן לתקן בהם כל פעולותיו׃
וקרינן לון ספירן פיר׳ לאותן תיקונין שהאציל והוציא מעצמותו
ברוך הוא אנחנו קוראין אותן ספירות רצה אליהו זכרונו
לברכה

לברכה לפרש לנו בזה שלא
נטעה הס ושלום לחשוב
ולומר שהעשר תיקונ׳ הם
נפרדין ממנו חס ושלום כמו
הכלי שנפרד מהאומן שבעת
הצטרך האומן לפעול יקח לו
כלי מעשהו בידו ובגמר
מלאכתו יניחהו למשמרת
גניזה במקום מיוחד באופן
כשיחזור למלאכתו יחזור ליקח
כלי מעשהו בידו כי הכלי אינו
מדובק ביד הפועל דיבוק
תמידי דיבוק עולמית וכמו כן
תטעה בספירות לדמותם
ממש לכלי אומן ולומר שהם
נפרדי׳ מאין סוף ברוך הוא הס
ושלום מפני זה אמר אליהו
זכרונו לברכה לא כן הדבר
כי לעשר תיקונין הנזכרין קרינן
לון ספירין פי׳ אורות מתנוצצו׳
מעצמו׳ אין סוף ברוך הוא
והם אדוקים ודבוקי׳ בו
כשלהבת הקשורה בגחלת
שכח הגחלת מתראה פעולתה
וכחה הנעלם במקורה
בשלהבת והשלהבת קודם

התראותה

memoria ſit in benedictione) indigitare voluit, ne forte, quod abſit, inpingamus cogitando & dicendo; quod hi decem ORDINES diſtincti ſint ab ea, quod abſit, ſicuti inſtrumentum ab artifice, qui tempore quum uſus poſtulat, artifex inſtrumentum artificii ſui accipit in manu ſua ad opus ſuum & perfecto opere deponit & cuſtodit illud in loco deſtinato, hunc in finem ut cum redeundum eſt ipſi ad opus ſuum, iterum accipiat inſtrumentum artificii ſui in manu ſua, quia inſtrumentum non adhæret manui artificis jugiter & adhæſione perpetua. Falleris vero ſic ſtatuere de NVMERATIONIBVS aſſimilando eas propriè inſtrumento artificis & dicendo; quod illæ diſtinctæ ſint ab INFINITATE (benedicta ſit illa) quod abſit: Quamobrem etiam dicit Eliahu (cujus memoria ſit in benedictione) non ita rem ſe habere: Quia hos Decem ORDINES præmemoratos vocamus NVMERATIONES; hoc eſt: Lumina reſplendentia de IPSEITATE INFINITATIS (benedicta ſit illa) quoniã inhærent & conjunctæ ſunt ipſi ſicuti flamma carboni innexa, quia virtus carbonis oſtendit operationem & virtutem, ſuam in radice ſua reconditam per flammam, & flamma ante apparitionem innexa & recondita latet in virtute carbonis, ita ut non videatur in carbone omnino flamma: ſicuti & poſt appari-

tio-

tionem & resplendentiam flammæ (quæ prodit de ipseitate carbonis) inhæret & innexa est carboni, ita ut impossibile sit producere flammam sine carbone, eo quod flamma inhæret & conjuncta est carboni vinculo inseparabili jugiter. Sic etiam NVMERATIONES (quæ sunt flammarum sanctarum instar Luminum resplendentium de fonte & origine suo abscondito, de latibulo inquam IPSEITATIS INFITVDINIS, (benedicta sit illa) omnes inhærent & innexæ, & conjunctæ, & unitæ sunt INFINITATI (benedicta sit illa) unitate & vinculo & nodo perpetuo jugiter; & non distinguuntur una ab altera, in æternum: Propterea vocavit NVMERATIONES ספירות & derivatur dictio hæc à voce, Exod. c. 24. cap. 10. כמעשה לבנת הספיר *Sicuti opus lateris Sapphyri*, quod fulgorem splendoris Sapphyri denotat à voce ספיר גזרתם (*Sapphyr excisio earum*) Iob. 4. v. 7. Sicuti explicarunt Sapientes nostri. AD ILLVMINANDVM IN IIS MVNDOS ABSCONDITOS, QVI NON SVNT REVELATI ET MVNDOS QVI SVNT REVELATI. Hoc est; illuminandum eis, id est, IPSIS NVMERATIONIBVS, & per illas illuminavit & creavit mundos absconditos & reconditos, qui sunt MVNDI CREATIONIS, qui cognominantur SOLIVM GLORIÆ SVÆ, & hæc Decem SOLIA sunt Decem MVNDI CREATIONIS

ab

התראותה היא דבוקה וטמונה בכח הגחלת בהעלם גדול עד שלא נראה בגחלת שום להבה וגם אחר התראות והתנוצצו' השלהבת היוצאת מעצמו' הגחלת הוא אדוקה ודבוקה בגחלת ולא יוכל להמצא שלהבת בלי גחלת כי השלהבת מדובק בגחלת דבוק תמידי כמו כן הספירו' שהם השלהביות הקדושים אורות מתנוצצות' ממקורן הנעלם ממטמוני' עצמו' אין סוף ברוך הוא כלם מדובקי' ואדוקי' וקשרי' ומיוחדים באין סוף ברוך הוא יחוד ודבוק וקשור תמידי עולמית ואינ' נפרדי' זה מזה עולמית ומפני זה קרא להן ספירות שהוא לשון אור מלשון ותחת רגליו כמעשה לבנת הספיר שפירושו זהרורית זוהר הספיר ומלשון ספיר גזרתם וזהו שמפרש ואזל לאנהר בהון עלמין סתימין דלא אתגליין ועלמין דאתגליין פי' להאיר

בהם

ab omni apprehenſione intellectus ABSCONDITI, reſpectu IPSEITATIS & QVIDDITATIS eorum, ſicuti explicabitur ratio horum in in tractatu myſterii אבי״ע, in myſterio inquam quatuor mundorum: Et mundos formationis, qui ſunt Decem mundi Angelorum, qui etiam ſunt abſconditi, abſconditi inquam ab oculo intellectus corporeo: Et hi mundi, Creationis, nempe & formationis vocantur mundi qui non ſunt revelati eo quod abſconditi ſunt. Ad illuminandum quoq; & creandum per illos ipſos, mundos qui ſunt revelati & comprehenſibiles ab intellectu corporeo, mundos nempè fabricæ, quorum etiam decem ſunt, id eſt, Decem orbes, qui ſunt decem expanſa. Et Sapientes, quorum memoria ſit in benedictione, dixerunt, inter quemlibet orbium viam eſſe 500 milliarium, ita ut quilibet orbis per ſe ſit mundus; Et iſte mundus includit in ſe omnia opera Creationis, orbes nempè, & omnia quæ in eis ſunt, uſque ad centrum terræ, ſtellas & ſigna cœleſtia, cortices, virtutes immundas, genium malum reluctatorem, ſicuti explicabitur ratio eorum in ſequentibus tractatibus, & hi vocantur mundi revelati, quia manifeſti ſunt & cernuntur à nobis. Sed omiſſis interlocutoriis Authoris, quæ non faciunt ad propoſitum hoc noſtrum, redeamus ad explicationem hujus paragraphi Raabi Simeonis filii

Iocho-

בהם בספירות עצמן ועל
ידן להאי' ולברוא עולמות
סתומים ונעלמים שהם
עולמו' בריאה המכונים בכסא
כבודו שהם עשר כסאות
עשר עולמות של בריאה
נעלמות מהשגות השיכל
מהות' ועצמות' כאש' יתבא'
עניינם בשער סוד אבי"ע בס"ד
ועולמות יצירה שהם עשר
עולמות של מלאכים, שגם
הם עולמות נעלמות נעלמ'
מעין השכל הגשמי ואלו
עולמות של בריאה ויצירה
נקראו עלמין דלא אתגליין
מפני שהם נעלמים וגם להאיר
ולברוא בהם עצמן ועל ידן
עולמות שהן גלויים ומושגים
לשכל הגשמי והם עולמות
עשיה שגם בו עשר עולמות
עשר גלגלים שהם עשר
רקיע' וארז"ל בין כל רקיע
ורקיע מהלך תק' שכל אחד
הוא עולם בפני עצמו והו'
כולל כל מעשה בראשי'
הגלגלים וכל מה שבתוכם

עד

Iochoæ: (Et In Illis Te Abscondis à Filiis Hominum:) hoc eſt, quamvis Infinitas, benedicta ſit illa, omnes operationes ſuas perficiat per Numerationes ſuas, benedictæ ſint illæ, & illa ſe abſcondat ſe ipſam ab omni operatione, ac ſi per eam operatio non innoteſcat nec videatur fieri. ſed per Numerationes, benedictæ ſint illæ; tamen illa operatur in omnibus propter ea etiam dicit: Et In Illis Te Abscondis, ſicuti homo abſcondens corpus ſuum veſtimentis ſuis, quibus ſe quaſi abſcondit & induit & veſtit, nec oſtendit ſe niſi per veſtimenta ſua quibus indutus eſt & opertus, quæ opertio & abſconſio ejus in veritate eſt revelatio ejus, & revelatio ejus eſt indumentũ & abſconſio ejus: Exempli gratia; Nos non poſſumus aſpicere lumen ſolis, niſi mediante velamento tanquam obſcuro aliquo diaphano quod diſtinguit inter nos & illum, mediante enim velamento tanquam obſcuro aliquo Diaphono poſſumus inſpicere lumen ſolis & frui illo, ex hoc patet quod cauſa velamenti tranſparentis ſit revelatio: Et cauſa revelationis ſolis abſque diaphano, velamento inquam tranſparenti ſit abſconſio & occultatio ejus, ita ut impoſſibile ſit inſpicere & frui lumine ſolis præ intenſiſſimo ejus ſplendore & claritate: Et hoc exemplum ſatis perſpicuum eſt. Sic etiam Infinitas, benedicta

עד טבור הארץ כוכבים ומזלות קליפות כחות הטומאה ויצהר כמו שיתבאר עניינם בשערים הבאים בס״ד והם נקראים על״מין דאתג״ליין מפני שהם גלויי׳ ונראים ונחזור לעניין המאמר ובהון אתכסייא מפני נשא רוצה לומר להיות שאין סוף ברוך הוא כל פעולותיו עושה על ידי ספירותיו ברוך הוא וכאלו הוא מעלים עצמו מהפעלה שהרי הפעולה אינה מתגלה ומתראה על ידו אלא ע״י ספירותיו ברוך הוא לזה אמ׳ ובהון אתכסיי׳ כאד׳ שמעלים גוף עצמותו בלבושו שמתכס׳ בו ומתלבש בו ואינו מתרא׳ רק על ידי לבושו שהוא מלובש ומכוסה בו אשר באמת כסויו והעלמתו הוא הו׳ בעצמו גלויו וגלויו הוא כסויו והעלמתו והמשל בזה שאין אנו יכולי׳ לראות באור השמש אם לו ע״י מסך עששי׳ מבדיל בינה ובינינו שמצד

dicta ſit illa, non videtur nec apprehenditur per operationes quæ immediatè proveniunt ab ea, niſi per NVMERATIONES ej⁹, quæ ſũt indumentum ejus, quia per NVMERATIONES apprehenduntur & pateſiunt operationes INFINITATIS in mundo & non ab INFINITATE propriè ſicuti patet ex hiſce verbis, ET IN ILLIS TE ABSCONDIS: Quia illa abſcondita & occultata eſt per illas. ET TV ES QVI ANNEXVS ES ILLIS ET VNITVS ES ILLIS: Hoc eſt, quamvis NVMERATIONES ſint quaſi operarii ſeu opifices, qui innoteſcunt per operationes in omnibus mundis; omnibus modis tamen operatio non ſeparatur ab INFINITATE ad cogitandum & dicendũ quod NVMERATIONES ſint principalis cauſa operationis, & INFINITATEM non habere negotium cum operatione. Non ita res ſe habet, quod abſit; Quia INFINITAS ipſa eſt principalis cauſa operationis, eò quod affluentia providentiæ ejus alligat eas & unit eas vinculo & unitate ſummè perfecta; ita ut illa ipſa diffundat ſe inter eas, & in medio & intrinſeco earum, & in omnes partes partium earum quia ipſeitati ejus alligatæ & unitæ ſunt, ſicuti flamma

מסך העששית אנו יכולים לראו באור השמש וליהנות ממנ׳ נמצא שסבת הכסוי בעששית הוא הגלוי וסבת גלוי השמש בלי העששית הוא ההעלם והכסוי שאא׳ לראות וליהנות מאור השמש לתוקף זהרוריתו ובהירותו והמשל מובן כמו כן אין סוף ברוך הוא אינו מתראה ואינו מושג מצד פעולתו הבא׳ ממנו כי אם ע׳ ספירותיו שהם לבושו כי מצד הספירות מושגות וגודעות הפעולות בעולם ולא ממנו בעצם כאשר יתבא׳ לזה אמר ובהון יתכסייא כי הוא נעלם ומכוסה על ידן ואנת הוא דקשיר לון ומייחד לון רל״ שאעפ״ שהספירות הם הפעלים והאומנים המתגלים בפעולתם בכל העולמו׳ עכ״ז אין הפעולה נפרדת מאין סוף ברוך הוא לחשוב ולומר כי הספירו׳ הם עיקר בפעולה ואין סוף ברוך הוא כביכול אין לו חלק בפעולה לא כן הדבר הו׳ כי אין סוף ברוך

הוא

הוא הו׳ עיקר הפועל כי
בשפע השגחתו מקשר אותן
ומייחד אותן ביחוד גמור עד
שהו׳ עצמו ברוך הוא מתפשט
בינה ובתוכ׳ ועל כל צד׳
צדדיה׳ כי בו בעצמותו הם
מקושרים ומיוחדים; כשלהבת
הקשורה בגחלת ובלי כחו
והשגחתו ברוך הוא אינם
עושים שום דבר כמו שא״א
לפועל כח שלהבת בלי
קשירתה בגחלת וזהו שאמר
ואנת הוא דקשיר לון וכו׳ כי
הוא ית׳ וית׳ העיקר והמקור
בפעולה והם מיוחדים
ומקושרים בו בכל פעלה
ופעולה : ובגין דאנת מלגאו
כל מאן דאפריש חד מחבירה
כאלו אפריש בך פי׳ כי להיות
אין סוף ברוך הוא הוא פנימי
פנימיית השלהביית אורות
הספירות שמאורו ברוך הוא
הגדול הכלתי בעל תכלית
יתנוצצו והוא מתלבש בכח האורות המתנוצצים ממנו
לעשות פעולותיו על יען הנה מצד זה ומטעם זה כל
מאן

flamma innexa carboni : Et abſque ejus virtute & providentia, benedicta ſit illa, nihil omnino operantur, ſicuti impoſſibile eſt ut operetur virtus flammæ niſi innexa ſit carboni. Et hoc eſt quod dicit TV ES QVI INNEXVS ES ILLIS &c. Quia illa ſcilicet INFINITAS, eſt radix & origo in operatione & illæ ſunt unitæ & innexæ illi in omnibus & ſingulis operationibus. ET EO QVOD TV ES IN INTERIORI, QVICVNQVE SEPARAT VNAM AB ALTERA EST AC SI SEPARASSET IN TE : Hoc eſt, licet INFINITAS, benedicta ſit illa, ſit ſummè intrinſeca flamma luminis NVMERATIONVM, quæ de maximo lumine ejus, benedictum ſit illud, cui nec finis eſt nec terminus ſcintillarunt; & illa induat ſe virtute luminum quæ ſcintillarunt ab ea, ad producendum operationes ſuas per illas, tamen ex hac parte & ratione qui ſeparaverit unam ab altera, hoc eſt, qui dicit virtutem luminis hujus NVMERATIONIS non eſſe in altera; & virtutem alterius NVMERATIONIS non eſſe in hac vel illa, & detruncat & dividit ſeparat & diſpartitur NVMERATIONEM à NVMERATIONE ipſe peccat peccatum ingens ac ſi ſeparaſſet

raſſet

מאן דאפריש חד מחברי"ה פי' שאומר כח האור שבספירה זו אינה בספירה זו וכח האור שבספירה זו אינה בספירה זו ומקצץ ומפריש ומחלק בין ספירה לספירה הוא חוטא חטאה גדולה כאלו מקצץ ומפריש ומחלק בעצמות אחדות אין סוף ברוך הוא וטעם הדבר זה הוא כי להיות שאין סוף ברוך הוא פשוט בתכלית אחדות הפשיטות והספירות נאצלו מאחדותו הפשוט שהם כחותיו מעצמות אחדותו ברוך הוא יחוייב ויוכרח מזה כמו שאין סוף ברוך הוא אחדות פשוט גם ספירותיו שהם מעצמותו אחדות פשוט דאם לא תאמר כן ואתה רוצה לחלק ולעשות הפרש והבדל בין ספירה לספירה אתה מוכרח גכ" לעשות הבדל והפרש בעצמות אחדות אין סוף ברוך הוא כביכל שהרי הם מעצמותו נאצלו ודבר זה מוסכם מוגח קיים יתד שלא

